
men qđ ē ſup om
ne no men Allā v Dulce li. xxix.

Historia Troiana

Messina
1493

.IESVS MARIA.

DICTYS CRETENSIS D
E HISTORIA BELLI T
ROIANI ET DAR
ES PHRYGIVS
DE EADEM
HISTORI
A TRO
IAN
A.

FRANCISCVS FARAGONIVS MAGNIFICO VIRO BERNARDO RICTIO MESSANENSI PATRITIO ORATORI ATQVE POETAE ERVDITISSIMO . S . D.

DICTYN Cretenſem grauẽ hiſtoricũ (qui apud troiã ſub Idomeneo Cretẽſium rege militauit) ex Gnoſo Cretę oppido gręcum hominẽ a Septimio uiro romano olim latina ueſte mutatũ iuſſu tuo bibliopolę imprimendũ exhibui Bernarde uir p̄ſtantiſſime: Tum ꝓ iure quo tibi omnes litterati maxime debent: quippequi ob ſigulares uirtutes tuas de eruditis eruditiſſim9 optime mereris: Tum quia ſolus prope es qui uniuerſas diſperſę uetuſtatis reliquias ſedulus perquirere & admirari nõ deſinis: Interq; multiplices rei publicę curas nõ intermittis litterarum ſtudia. Proinde hiſtoricis poetis oratoribuſq; lectitandis ſucciſiuas horas impẽdis: Vt non temere inter primos cuiuſcunq; ętatis poetas oratoreſq; connumerari poſſis. Eſt tibi pręterea in colloquiįs affabilitas prudẽtia atq; humanitas: Virtutum es fœcundus inimicus uitiorũ acerrimus amicis iucundus ciuibus charus apud om̃s es deniq; amabilis: Et quod difficili9 eſt ĩ Crœſo uiuis Numam. Es tu quoq; unicũ toti9 nobilitatis exemplar: & Rictiorum antiquiſſimę atq; generoſiſſimę familię fulgẽtiſſimũ decus. Sed de his plura alias: Accipies iterim lęta frõte ac hilari uultu libellum quẽ ſi a rei publicę muneribus (quibus iugiter diſtineris) feriat9 ꝑlegeris mirã ſcriptoris

acumen, argutãq; densitatẽ deprendes. Est enim rerum frequentia creber, uerbis pressus, sententiarũ numero ac cõtionibus argutus: quem si tibi contubernalem reddideris, iucunda te historię ueritate recreabit, scripsit enim ea quę uidit, qbus inter fuit, quę gessit: idem mirifice rei militaris disciplina, aliarũq; rerum multiplici uarietate oblectare te poterit: Nam si astutiam in bello quęris, habes Vlyxẽ: Si pstantiã fortitudinẽq; desideras, ĩtuere Achillẽ: Si cõtionãdi grauitatẽ poptas, Nestorẽ poculis põe. Nõne deniq; uestigia ac mores illius ãtiquissimi sęculi pnosce re, & omissis poeticis fabulis historię ueritate ĩ bui atq; refici, iucũdissimũ erit? At illud nimirum ĩ hoc libello anxiũ me sollicitũq; detiuit: q pluribꝰ locis adeo mẽdosus erat, ut uix sensus ullus elici possit: ego uero puirili parte collatis multis exemplaribꝰ & archetypis emaculatissimũ reddere nisus sum. At hoc nulli pfecto mirũ uideri debet, qũ Constãtinus lascaris uir utraq; lingua peritissimus mihi asseruerit, superiorũ tempoꝝ incuria Dictyn apud gręcos ne qdem ĩueniri: retulit tamen hęc paucula ex Suida asserẽte Dictyn cretẽsem gnosium historicũ belli troiãi ephimeridẽ .i. diurnalẽ, litteris punicis (quibus uniuersa grętia tũc utebatur) absoluisse sub Idomeneo merẽtẽ, dein post multum temporis apud gnosõ monumẽto terremotu seu uetustate collapso, repertos libellos, acticisq; litteris cõmutatos Claudio cęsari Neroni oblatos, demũ latine cõuersos. hęc ille. Quare multum tibi Bernarde uir magnifi ce studiosi debebunt uniuersi, qui Dictyn luculentũ historiographum, tot iam sęculis situ squalentem, & uix in lucẽ

prodire ausum, nūc solertissime tuis sumptibus, pulchroq;
charactere impressum, haud difficulter habebunt. Ego tā
dem ne Mineruam erudire, ac noctuas athenas deferre ui-
dear, hic finē fatiā: p̄sertim ne p̄bita sit uituperatorib9 ob
latrādi facultas, qui obtrectatiōe alienę sciētię sibi famam
aucupari, dēteq; theonio aliena carpeř, ac uelut edētuli dē
tatis, & oculatis talpę, caperata frōte īuidere solent. Vale
togę sagiq; cādidissimum decus: & me quod facis ama.

.EIVSDEM, EPIGRAMMA, AD, EVNDEM.

Ediderat mundo sūmum pia Creta tonātem:
Dissimilem Dictyn protulit inde Ioui.
Olim cœlicolum rector nam creditus alter:
Alter terrigenis inclyta scripta dedit.
Dictyos atq; iouis numen seu grāmata confer:
Hoc abiisse uides: enthea scripta manent.
Sic tu qui nostris decus es Bernarde camœnis,
Qui facis ut cunctis Dictys in ore sonet,
Carmina (cœlicolas testor) si nostra ualebunt,
Viues carminibus sęcula longa meis.
Sunt hęc parua tamen, sunt hęc leuiora fatemur,
Mox maiora dabo, spesq; decusq; Vale.

.HEXASTICHON.

Vndeni uersus partem si sumpseris imam,
Cum puppi proram iungito amice parem,
Vertice cum summo tracta interiora tonantis,
Tertiaq; octaui syllaba iuncta fiet,
Extremo bisquina tamen si carmine cedat,
Auctoris totum syllaba nomen habes.

.TETRASTICHON.

Tarpei montis templum, Dictynna, colossus,
Thebę niliacę, pyramidumq; labor,
Mausolus, Babylon, mundi miracula cedant:
Illa soluta iacent, Dictys ad ora uolat.

.DISTICHON.

Vertice nata dei quondam uelut ęgide Sais:
Gnosida trinacrię sic tulit arte caput.

.MONOSTICHON.

Ilion obsedit bello gens gręca bilustri.

APPENDICVLAE, AD, LIBRI interpretationē.

MINOS Iouis & Europę filius Androgeum, Ariadnam, Phedrā, Deucalionē, & Molū ꝓgenuit: ex Deucalioe Idomene9: ex Molo Merioes seu Myrion & Idomeneus alter nascitur. Item Tantal9 Iouis filius genuit Pelopē, Pelops aūt Atreum, Thyestē, & Plisthenem, hic uero ex Aeropa Agamēnonē & Menelaū sustulit: At Agamēnon Iphigeniam siue Iphianassā, Electrā, Horestēq; ꝓcreauit: Menelaus uero cū Helena genuit Hermionē cū qua seu cum Andromache Pyrrhus Achillis filius ꝓgenuit Molossum unde Molossippl̄i: Item ex Pleione filia Oceani seu Danai & ex Athlāte nascitur Electra quę peperit Ioui Dardanum, hic Erichthonium, hic Troiem, Tros Ilionem, Ilion Laumendontem, exquo Priam9 cui Hecuba Cyssei regis tracum filia peperit Creusam, Cassandram, Ilionen, Polyxenam, Paridem, Hectorem, Helenum, Chaonem, Troilum, Deiphebum, Polidorum, Politem. Iterum Iuppiter ex Taigeta Agenoris Phoenicum regis filia genuit Lace-

demonem, hic Musculum uel potius Amiclatem, hic Argalum seu Argulum, exquo Oebalus pater Tyndari, cui Leda peperit Castorem, Pollucem, Helenam & Clytęmnestram. Exphœnice quoq; filio seu filia Agenoris pendet Ledę atq; Hecubę origo. Hęc iccirco adiunxi quia multi īcident loci īquibus eadem nosse exusu erit. Argumētum primi libri. ATREVS alter (qui fuit cretēsis ditissimus pater Aeropę ex Minoe originē trahēs) quicqd auri & argenti pecorūq; habuit, nepotibus diuidēdum reliquerat: sed terrarum īperia iussu eiusdē diuisim possidebāt Idomeneus deucalionis filius cū Merione patrueli suo, & Idomene9 alter Molius. i. Moli filius. Omnes igitur pelopidę ad pciēdas īterse Atrei opes Cretam cōuenere: Inter quos Palamedes, & Menelaus, qui etiā sororis fratrisq; ī illa diuisione functus est uice, qū neuter aduenisset. Cūcti deniq; apud Cretam benigne suscepti, in Europesq; templum deducti pciosa operum extructione mirifice sunt affecti: cōtemplantes singula quę ex sidone patria Europes, nobilibusq; matronis transmissa, magno tū decori erant. PER idem tempus Paris cū Aenea aliisq; receptus indomo Menelai, ubi aduertit regem abesse, Helenā multasq; opes, item Aetram & Clymenē Menelai affines abstulit. Quibus congnitis Menelaus cum cōiugis, tum affinium iniuria torqbatur: quem Palamedes solatus nauem conscendere facit, paucisq; diebus Spartam tenuere: quo Agamemnon & Nestor cunctiq; exorigine Pelopis cōuenerant. Legātur tandem ad troiam Palamedes Vlyxes & Menelaus ut abrepta repeterēt: qūq; Palamedis oratio troianos

permoueret, Priamus eius sermonē interrupit īquiens nō
esse ęquum insimulare eum qui absit. Nam Paris nō dum
adtroiam ꝑuenerat, sed eadem qua apud Sparten usus cu-
piditate, sidoniorum regē suum hospitē obtrūcarat, cunc-
tamqꝫ domū abstulerat. Igitur paridis aduentu cōmota ci-
uitas facinus detestabatur: Priamus ꝓinde āxius (dimissis
filijs reddendā esse Helenā negātibus) cōuocat seniores:
at filij cōcilium irrumpūt, multosqꝫ obtruncāt. His pactis
Priamus hortatu Hecubę Helenā adijt, quę asserens suā
originem ad Priami & Hecubę genus ꝑtinere eorundem
fidei flens se cōmendat. Priamus deniqꝫ non āplius differē-
dos legatos ratus, Helenā icōcilium corā legatis adduxit:
quę interrogata respondit nō inuitā nauigasse, seqꝫ potius
Paridi q̄ Menelao cōuenire. Quibus auditis legati mina-
bundi digrediunť: q̄uis reguli eos necandos ne ad bellum
gręciā cōcitarent statuissent, tamē duce Antenore dimit-
tūtur illesi: ꝑuenientesqꝫ Spartā, Helenę uolūtatē, filiorū
Priami scelus, Antenorisqꝫ hospitiū exponunt. Quas ob
res Diomedis regnum īquo de apparatu belli agatur eligi
tur: ubi deīde cuncti gręcię prīcipes cęso porco a Calchāte
iurant inimicitiā contra Priamum: Inde cunctis suffragijs
Agamēnō rector omnium declaratur: ducesqꝫ nauiū Achil
les, Aiax, & Phœnix cōstituūtur: Campestri exercitui Pa-
lamedes p̄ponitur cum Diomede & Vlyxe: Postea descri-
bitur nauium. M.cc.lxxxviiij. catalogus ad aulidē cōfluē-
tium. Sed qū ibi Agamēnon ceruā seu capreā Dianę iscius
interfecisset, pestisqꝫ ob id iuasisset exercitum, tandē muli
er deo plēa respōdit nō posse sedari pestē, nisi Agamēnōis

filia Dianę imolaret abnuēteq; Agamēnōe Vlyxes falsis litteris tāq̄ ab eodē ad uxorē missis Iphigeniā asportauit. At itēplo orta tēpestate audita uox ē deā aspernari tale sacrifitiū qn poti9 imolarēt quod oblatū iuirginis uicē respicerēt dei ceruā subito uisā imolāt: Cūctiq; sędata tēpestate igēti lętitia ex aulide nauigarūt: nauesq; eorū Anius rex & eius filię (qb9 a baccho cōcessum fuit ut qcqd ipsę tāgerēt uerteret iuinū triticū & oleū ūde dictę sūt cęnotropę qi uertētes oīa i nouas speties) cibariis expleuerūt.

.EIVSDEM EPIGRAMMA AD EVNDEM.

Phœbigenam precibus mouit Dictynna suborcum
    Missum Thesidem reddidit ille deę.
Asteris Euganeo precibus concessa poetę
    Diua Cupidineo numine uicta parens.
Vota Midę suplicis Bacchus perfecit in auro:
    Atq; Anii natas surgere iussit aues.
Asterien pelagi fundo traxere sororis
    Latonę (placido uixq; tonante) preces.
Persephone superis numen partitur & imis
    Effectum hoc Cereris supplice uoce deę.
Morte pugil uitę fratri largitur honorem
    Alterna precibus sydus utrumq; poli.
Dictyos assiduis dum poscis grammata uotis
    Vicisti O quantum uota precesq; ualent.
Nam sine labe tuum munuscula parua libellum
    Mittimus & nugas perlegis ante meas.
Q uę si non sordent quamuis leuiora uidebis
    Te duce pyeriis tendere ad astra modis.

Te ſine Caſtalias fruſtra tentabimus undas:
Nec ſine te nobis dexter Apollo fauet.
Iamq; uale & pilij ſuperes modo Neſtoris ęuum,
Longaq; Cumanę ſęcula uatis agas.

PROLOGVS, SEPTIMII, ROMANI, VIRI, ELOQVENTISSIMI, IN, DICTYN, CRETENSEM, GRAVEM, HISTORICVM, E GRAECO, IN LATINVM, AB, EODEM, CONVERSVM.

Septimius Quinto Aradio .S.D.

EPHIMERIDEM belli troiani, Dictys Cretēſis (qui ī ea militia cum Idomeneo meruit) conſcripſit litteris punicis: quę tū Cadmo & Agenore auctoribus p gręciam frequentabātur. Dein poſt multa ſęcula, collapſo per uetuſtatem apud gnoſon (olim Cretenſis regis ſedem) ſepulchro: eius paſtores qū eo deueniſſent, forte inter ceteram ruinam loculum ſtagno a fabro clauſum offendere: ac theſaurum rati mox diſſoluūt, nō aurum nec aliud qcq̄ predę, ſed libros ex philyra in lucem producturi. At ubi ſpes fruſtrata eſt, ad Praxim dn̄m loci eos deferunt: qui cōmutatos litteris acticis (nam oratio gręca fuerat) Neroni romāo cęſari obtulit: p quo plurimis ab eo donatus eſt. Nobis qum ī man9 forte libelli ueniſſent, auidis uerę hiſtorię cupido īceſſit, ea uti erāt latine diſſerer̄, magis cōfiſi ingenio ut otioſi animi deſidiā diſcuterem9. Itaq; prioꝝ quīq; uoluminū quę bello cōtracta geſtaq; ſūt, eūdē numeꝝ ſeruauim9: Reſidua qdē de reditu gręcoꝝ quīq;, in unū redegim9 atq; ad te miſim9 Tu Ruffine mi (ut par eſt) faue cœptis, atq; in legendo dietim.

Caroli Seueroli.

LIBER PRIMVS DICTYS CRETENSIS DE HISTORIA BELLI TROIANI.

CVNCTI reges qui Minois Ioue geniti pronepotes gręcię ĩperitabant ad diui-
dendas ĩter se Atrei opes Cretam cõue-
neř. Atreus namq; ex Minoe postrema sua ordinans quicquid auri atq; argenti pe-
corum etiam fuit nepotibus quos filię genuerãt ex ęquo diuidẽdũ reliquerat excepto ciuitatũ terrarũq; ĩperio. Hęc quippe Idomeneus cum Merione Deucalionis Idomene9 alter Molius iussu eius seorsum habuere. Conuenere autẽ Clymenę & Nau-
plii filius Palamedes & Aeas Dictys ex Cretę ida: Itẽ Me-
nelaus Aeropa & Plisthene genitus aquo Anaxiboea sor-
or (quę eo tempore Nestori denupta erat) & Agamẽnon maior frater ut uice sua ĩdiuisione uteretur petiuerãt. Sed hi nõ Plisthenis ut erant magis q̃ Atrei dicebantur: ob eã causam qꝛ qũ Plisthenes admodum paruus ipse agens in-
primis ãnis uita functus nihil dignũ ad memoriã nominis reliqsset Atreus miseratiõe ętatis secũ eos habuerat neq; minus q̃ regios educauerat: Inqua diuisione singuli pro no-
minis celebritate ĩter se quisq; magnifice transegere. Adeo re cõgnita omnes ex origine Europę (quę ĩ ea insula sũma religione colitur) confluunt: benigneq; salutatos in tem-
plum deducunt: Ibi multaꝝ hostiarũ more patrio ĩmola-
tione celebrata exhibẽtesq; epulas large magnificeq; eos habuere. Itemq; insecutis diebus reges gręcię & si ea quę exhibebãtur magnifice cum lętitia suscipiebant: tñ multo

magis templi eius magnifica pulchritudine, pretioſaq; ex-
tructione operum affitiebãtur, ĩſpitiẽtes repetenteſq; me
moria ſingula quę ex ſidone phœnitię patria eius, atq; no-
bilibus matrõis tranſmiſſa, magno tum decori erãt. PER
idem tempus Alexander phrygius Priami filius cũ Aenea
aliiſq; ex conſanguinitate comitibus Spartę in domũ Me-
nelai hoſpitio receptus indigniſſimum facinus perpetraue
rat. Is nãq; ubi animaduertit regem abeſſe, ꝗ erat Helena
precęteris grętię fœminis memoranda ſpetie, amore eius
captus, ipſam multaſq; opes domo eius aufert: Aetram
quoq; & Clymenam Menelai affines, quę ob neceſſitudi-
nem cum Helena degebant. Poſtq̃ Cretam nũtius uenit,
& cuncta ei quę ab Alexandro aduerſus domum Menelai
cõmiſſa erant aperuit: ꝑ omnẽ inſulam (ſicut in tali re fieri
cõuenit) fama in maius diuulgatur: expugnatam quippe
domum regis, euerſumq; regnum, & alia in talem modum
ſinguli diſſerebãt. Quibus cõgnitis Menelaꝰ etſi abſtrac-
tio cõiugis animũ ꝓmouebat, multo amplius tamẽ ob iiu-
riam affinium (quas ſupra memorauimꝰ) cõſternebatur.
Quod ubi animaduertit Palãedes regẽ ira atq; ĩdignatiõe
ſtupefactũ cõſilio excidiſſe: ipſe naues parat, atq; omĩ ĩſtru
mẽto cõpoſitas terrę applicat: deinde ꝓ tẽpore regẽ breui
ter cõſolatur: poſitis etiam ex diuiſione quę in tali negotio
tempus patiebatur, nauem aſcendere facit: Atq; ita uen-
tis ex ſententia flantibus, paucis diebus ſpartam peruene-
re. Eo iam Agamẽnon & Neſtor, omneſq; qui ex origine
Pelopis in grętia regnabãt, congnitis rebus confluxerant.
IGITVR poſtq̃. Menelaũ aduẽiſſe ſciũt, oĩs ĩ unũ coeũt:

& q̄q̄ atrocitas facti ad indignationē multasq; iniurias rapiebat: tamen ex cōsilij sentētia legantur prius ad troiam Palamedes Vlysses & Manelaus: hisq; mādatur uti cōq̄sti iniurias, Helenā & quę cum ea abrepta erant repeterent. Legati paucis diebus ad troiā ueniūt, neq; tñ Alexandrum in loco offendere. Tum nāq; ꝑperatione nauigij ĩcōsulte usum uēti ad Cyprum appulere: unde sumptis aliquot nauibus phœnicē delapsus, sydoniorum regē (qui eum amice susceperat) noctu insidijs necat: eadem qua apud lacedęmoniam cupiditate uniuersam domū eius ĩscelus ꝓpriū cōuertit: ita omnia quę ad ostētationē regię magnificētię fuere, ĩdigne rapta ad naues deferri iubet. Sed ubi exlamētatiōe eorum qui casum domini flētes reliquę p̄dę aufugerant, tumultus ortus est: populus omnis ad regiā cōcurrit: Inde (q; iam Alexander abreptis quę cupierat abscessionē properabat) paruo tēpore armati ad naues ueniūt: ortoq; ĩter eos acri p̄lio, cadunt utrinq; plurimi: qum obstinate hi regis necem defenderent, hi ne amitterent partam p̄dam summis opibus ãniterentur: incensis dein duabus nauibus troiani reliquas strēnue defensas liberãt, atq; ita fatigatis iam p̄lio hostibus euadunt. INTERIM apud troiam legatorum Palamedes (cuius maxime ea tempestate domi belliq; cōsilium ualuit) Priamum adijt: conductoq; concilio prmum de Alexandri iniuria conq̄ritur, exponens cōmunis hospitij euersionem: Dein monet quantas ea res inter duo regna simultates concitatura esset, interiatiens memoriā discordiaꝝ Ilij & Pelopis, aliorumq; qui ex causis similibus ad internitionē usq; gentium peruēissent: Ad

postremū belli difficultates | cōtraq; pacis cōmoda astru‑
it: nō se ignorare ait quātis mortalib9 tam atrox facinus
indignationē incuteret: ex quo auctores iīuriȩ ab omnib9
derelictos īpietatis supplitia subituros. Et qum plurima
dicere cuperet: Priamus mediū eius interrumpens sermo‑
nem | partius quȩso Palamedes inquit | iniquum etenim
uidetur īsimulari eum qui absit | maxime qum fieri possit
ut siqua criminose obiecta sint | prȩsenti refutatione dilu‑
antur. Hȩc atq; alia eiusmodi inserēs differri q̄relas ad ad‑
uentum Alexandri iubet: uidebat enim ut singuli qui ineo
cōcilio aderant Palamedis oratione mouerētur: ut taciti |
uultu tā admissum facinus cōdemnarēt | qum singula mi‑
ro genere orationis exponerētur: atq; ī sermōe grȩci regis
inesset quȩdam pmixta miserationi uis. Atq; ita eo die cō‑
cilium dirimit: sed legatos Antenor uir hospitalis | & prȩ
ter cȩteros boni honestiq; sectator | domum ad se uolētes
deducit. INTERIM paucis diebus Alexāder cum supra
dictis comitibus reuertitur Helenam secum habēs: cuius
aduētu (tota ciuitas qum partim exēplū facinoris execra‑
retur | alij iīurias in Menelaū admissas dolerēt | nullo omni
um approbāte | postremo cunctis īdignātib9) tumultus
ortus est. Quibus rebus anxius Priamus filios conuocat |
eosq; quid sup tali negotio agendū uideret cōsulit: qui una
uoce minime reddendā Helenā respondēt: uidebāt qppe
quātȩ opes cū ea adductȩ essent | quȩ uniuersa (si Helena
traderet) amitterēt. Preterea cōmoti forma mulierū quȩ
cū Helena uenerāt | nuptias sibi singularū iam animo des‑
tinauerāt: quippe lingua moribusq; barbari nihil pēsi aut

cōsulti satiētes / p̄da atq; libidine trāsuersi agebant᷑. Igitur
Priam9 relictis his / senes cōducit / sentētiā filiorū aperit /
deinde cunctos qd agendū esset cōsulit : sed priusq̄ ex mo
re sentētiȩ dicerent᷑ / reguli cōciliū repēte irrūpunt / atq; in-
cōditis morib9 malum singulis minitantur / si aliter q̄ ipsis
uideretur decerneret. INTERIM omnis populus īdigne
admissam ī iuriā / atq; ī hunc modū multa alia cū execrati-
one reclamabat: ob quȩ Alexander cupidine animi p̄ceps
ueritus ne quid aduersum a popularib9 oriretur / stipatus
armatis fratribus īpetum ī multitudinē facit / multosq; ob
truncat / reliqui ī teruētu procerū qui ī concilio fuerāt duce
liberātur antenore. Ita īfectis rebus populus contemptui
habitus non sine p̄nitie sua domū discessit. Dein secuta die
rex hortatu Hecubȩ Helenam adijt / eamq; benigne salu
tans bonū animum uti gereret hortat᷑: quȩ / cuiusq; esset /
requirit. Tum illa Alexādri se affinē respondit / magisq; ad
Priamū & Hecubā / q̄ ad Plisthenis filios genere p̄tinere /
repetens originem omnem maiorum. Danaum enim atq;
Agenorem & sui & Priami generis auctores esse: Nāq; ex
Pleione Danai filia & Athalante Electram natam / quam
ex Ioue grauidam Dardanū genuisse: exquo tres deinceps
īsecuti reges Ilij: Agenoris porro Taigetam / eam ex Ioue
habuisse Lacedȩmonē / exquo Musculum natum / & exeo
Argalum patrem Oebali / quē Tyndari (exquo ipsa geni
ta uideretur) patrem cōstaret: repetebat etiā cū Hecuba
materni generis affinitatē: Agenoris quippe filium Phoe-
nicem / & deinde Hecubȩ & Ledȩ cōsanguinitatis originē
diuisisse. Quȩ postq̄ memoriter cūcta retexuit / ad postre-

mum flens orare, ne se (quę ĩ fidem semel illorum recepta esset) prodēdam putarēt: ea secum de domo Menelai apportata quę propria fuissent, nihil pręterea ablatum. Sed utrum in modico amore Alexādri, an pœnaꝝ metu quas ob desertā domū a cōiuge metuebat ita sibi cōsulerẽ malue rit, parum cōstabat. IGITVR Hecuba cōgnita uolūtate, simul ob generis cōiunctionē cōplexa Helenā, ne ꝓderetᷣ sūmis opibus ānitebatᷣ. Qum iā Priamꝰ & reliqui reguli nō amplius differēdos legatos dicerēt, nec resistēdum popularium uolūtati: solo omniū Deiphebo Hecubę assēso, quē non aliter q̃ Alexādrum Helenę desideriū a recto cōsilio p̄pediebat. Itaq; qum obstinate Hecuba nūc Priāum, modo filios dep̄caretur, nec a cōplexu eius ullo modo, ulla ratiōe diuelli posset: omnes q aderāt in uolūtatē suā tradu xit: ita ad postremū bōum publicū materna gratia est corruptum. Deinde postero die Menelaus cū suis incōtionem uenit, cōiugē & quę cū ea abrepta essēt repetēs. Tūc Priamus ĩter regulos medius astans facto silētio optionē Helenę (quę ob id ĩcōspectū popularium uenerat) offert si ei uideretᷣ domū ad suos regrediēdi: quam ferūt dixisse, neq; se ĩuitam nauigasse, neq; sibi cū Menelai matrimōio cōuenire: itaq; reguli habētes Helenā nō sine exultatiōe e cōtione discedūt. HIS ACTIS Vlyxes cōtestādi magis gratia q̃ aliqd exoratiōe ꝓmoturus, cuncta quę ab Alexādro cōtra grętiā indigne cōmissa essent retexuit, ob quā ĩiuriā ultionē breuiter testatus est. Deinde Menelaꝰ ira ꝑculsus atroci uultu exitiū minitatꝰ cōcilium dimittit: quę ubi ad Priamidas ꝑlata sūt, cōfirmāt ĩterse clā ut ꝑ dolū legatos

circumueniāt: Credebāt qppe (quod non frustra eos cōsilium habuit) si legati inpfecto negotio reuertissent, fore uti aduersum se grande prēliū cōcitaretur. Igitur Antenor (cui9 de sanctitate morū supra memorauim9) Priamum cōuenit, cōiurationēq; factā cōqueritur, filios quippe eius nō legatis, sed aduersum se īsidias parar̄, neq; id se passuq;: Dein nō multo post legatis rem aperit, ita exploratis omnib9, adhibito p̄sidio, qum primū opportunū uisum ē̄ iuiolatos eos dimittit. DVM HAEC apud troiā agunt̄ disseminata iam puniuersam grēciā fama omnes pelopidē īunū cōueniūt: atq; īterposita iusiurādi religione (ni Helena cū abreptis redderetur) bellū se Priamo illaturos cōfirmāt. Legati lacedēmona redeunt, de Helena eiusq; uoluntate narrant: Dein Priami, filiorūq; eius aduersum se dicta gestaq;, grande p̄coniū fidei erga legatos Antenoris p̄ferētes. Quē ubi accepere, decernit̄ uti singuli ī suis locis atq; imperiis, opes belli parent. Igitur ex cōsilij sentētia oportun9 locus ad cōueniēdum, & īquo de apparatu belli ageretur, argi Diomedis regnum deligitur. Ita ubi tēpus uisum est̄, primus omniū ingenti nomine uirtutis atq; corporis. Aiax thelamoni9 aduenit, cū eo Teucer frater. Dein haud multo post Idomene9 & Meriones sūma īter se iūcti cōcordia: eorum ego secut9 comitatū, ea qdem quē antea apud troiam gesta sunt ab Vlyxe cōgnita q̄ diligentissime retuli: reliqua quē deinceps insecuta sunt (qm̄ ipse interfui) q̄ uerissime potero exponā. IGITVR post eos quos supra memorauim9 Nestor cum Antilocho & Thrasimede (quos ex Anaxibœa susceperat) supuener̄; eos Peneleus īsecut9

cum Leito & Archesilao cõsanguineis: Dein Prothenor &
Clonius boetię principes: Itēq; Schedius & Epistrophus
phocenses: Aschalaphus & Ialmenꝰ Orchomenij. Tum
Diores & Meges Phyleo genitꝰ: Thoas ex Andręmone.
Eurypylus Euemõis orchomeniꝰ, & Leonteus. Post quos
Achilles Pelei & Thetidis, qui ĩbutꝰ bellis ex Chirone di-
cebatur: hic ĩprimis adolescẽtię ãnis procerꝰ, decora fatie,
studio rerũ bellicaꝝ, omnes iã tũ uirtute & gloria supabat.
Neq; tñ aberat ab eo uis quędã ĩcõsulta, & effera morũ in-
patiẽtia: cũ eo Patroclus & Phœnix: alter propter cõiunc-
tionẽ amicitię, alter custos atq; rector eiꝰ. Tlepolemꝰ deĩ
& Eutraphates insecuti sunt: Phydippus & Antiphus ĩsig-
nes armorũ spetie auo Hercule. post hos Prothesilaꝰ Iph-
icli cũ Podarce fratre affuit: & Eumelus pheręus, cuiꝰ pat-
er Admetus quõdã uicaria morte cõiugis, fata propria pro
pulerat. Podalyrius & Machaõ thracẽses Aesculapio ge-
niti, acciti ad id bellũ ob solertiã medicę artis. Dein Pęãtis
filius Philoctetes q comes Herculis post discessum eiꝰ adi
is sagictas diuinas ĩdustrię p̃mium cõsecutus est. Nireꝰ pul
cher ex syme: Ex athenis Menestheus: & Aiax Oili ex locri
de: ex Argis Amphilochus Amphiarai: & Sthelenꝰ Capa
nei: & cũ his Euryalus Mecistei. Deinde ex ętholia Thesan
drus Polinicis. Postremo omniũ Demophoõ, atq; Acha-
mas fuere: cuncti ex origine Pelopis. Sed eos (quos supra
memorauimꝰ) plures alij ex suis q̃sq; regionibꝰ, partim ex
regum cõitibꝰ, alij ipsius regni participes ĩsecuti sũt: quoꝝ
nomina singulatĩ exponere haud necessariũ est. IGITVR
ubi argos om̃es uener̃, Diomedes hospitio cũctos recipit,

necessariaq; pbet: Deinde Agamenon grande auri pond9 Mycenis apportatū psingulos dispartiēs, ꝓmptiores aīos omniū adbellū quod parabatur facit. Tum cōmuni cōsilio sup cōditiōe belli iusiurādum īterponi hoc modo placuit: Chalcas Testoris filius prescius futurorꝝ porcū marē īmedium forū afferri iubet, quē īduas ptes extentū orīēti occidentiq; diuidit, atq; ita singulis nu datis gladijs pmedium transire iubet, deinde mucronib9 sanguine eius oblitis, adhibitis etiā alijs ad eam rem necessarijs, inimicitias sibi cū Priamo p religionem cōfirmāt, neq; prius sebellū desertu ros, q̄ Ilium atq; omne regnū eruissent: Quib9 pfectis pure atq; laute Martem atq; Concordiam multis īmolationibus sibi adhospitauere. Deinde ī templo Iunonis argiuę rectorē omniū declarari placet: Igit̄ singuli intabellis (quas ad deligēdū belli principē quē cuiq; uideret̄ acceperāt) punicis litteris nomen Agamēnonis designāt. Ita cōsensu omniū secundo rumore sūmā belli atq; exercitus īse suscipit: Quod ei pp germanum (cuius gratia id parabatur bellum) & pp magnam opum uim (quib9 preter ceteros gręcię reges magn9 atq; clarus habebatur) merito acciderat. Dein duces pręfectosq; nauium Achillem, Aiacem, Phœnicemq; destinant: pręponitur etiam campestri exercitui Palamedes cum Diomede & Vlyxe: Ita ut inter se diurnas uigiliarumq; uices dispartiant. His peractis ad parandas opes atq; instrumenta militię singuli insua regna discedunt. Interim belli studio ardebat omnis gręcia, arma, tela, equi, naues, atq; hęc omnia toto biennio pręparantur: qum iuuentus partim sua spōte, alij ęqualium ad gloriam

ęmulatiōe cōmunis militię festinarent. Sed iter hęc sūma cura; uis magna nauium pcipue fabricat̃: scilicet ne multa milia excercituū undiq; usum in unum collecta incuria nauigandi tardarentur. IGITVR peracto biēnio ad Aulida boetię (nam is locus delectus fuerat) singuli reges pro facultate opū regniq; instructas classes pmittunt. Exqbus primus Agamēnon ex Mycenis naues cētum aliasq; sexaginta quas exdiuersis ciuitatib9 quę sub eo erant cōstruxerat: Agapenorē prętecit. Nestor nonaginta nauiū istructā classem. Menelaus ex omni Lacedęmone naues sexaginta. Menestheus athenis quinquaginta. Elephenor ex euboia triginta. Aiax thelamonius salamina xxxxi. Diomedes argis lxxx nauium classem. Aschalaphus & Ialmenus orchomenij naues xxx. Oileus Aiax xij. Itē ex omni boetia Archesilaus; Prothenor; Peneleus; Leitus; Clonius; naues quinquaginta. Exphocide Schedius & Epistroph9 xxxx. Deinthalpius & Diores cū Amphimacho & Polyxino ex elide aliisq; ciuitatib9 regionis eius naues xxxx. Thoas ex ętholia xxxx. Meges ex dulichio & ex insulis echinadibus xxxx. Idomene9 cū Merione ex omni Creta classem nauiū lxxx. Ex ithaca Vlyxes xij. Prothous magnes xxxx. Tlepolem9 ex rhodo aliisq; isulis quę circa eam erāt viiij. Eumelus. xi. Achilles ex pelasgicis. l. Nire9 ex syme iij. Podarces & Protheilaus ex philaca aliisq; qbus perant locis naues xxxx. Podalyrius & Machaon xxx. Philoctetes ex methone aliisq; ciuitatibus naues vij. Eurypylus orchomenius xxxxij. Gune9 xx. Leōteus & Polypœtes ex suis regionib9 xxxx. Ex insulis nisyro; Crapate; coo; Eutraphates Antiphus &

Cl(?)asses Graecorū numero 1417 paratę ad ꝓpugnā-dam Troiam

phidippus xxx. Thesandrus Polinicis(quē supra memor-
auimus)ex thebis naues.l.Calchas ex archadia xx. Mopsꝰ
ex colophōa.xx. Epeus ex insulis cycladibꝰ xxx.Easq; ma-
gna ui frumēti, aliis quoq; necessariis cibi gratia replent:
Quippe ita ab Agamēnone mādatum acceperāt, scilicet
ne tāta uis militum necessariorum penuria fatigaretur.Igi
tur inter tantum classium apparatū, equi, atq; currus bel-
lici, locorū cōditiōe multi:sed pedestris militis pars maxi-
ma:ob eā causam, qa p omnē grętiā multo maior egestate
pabuli eqtatus usus prohibetur. Pręterea fuere multi qui
ob artis peritiam necessarii nauium apparatui credebātur.
PER IDEM tempus Lytius Sarpedō neq; ꝓtio neq; gra
tia Phalidis sidoniorū regis allici potuit, ut uirtutis sotieta
tem militię nostrę aduersus troianos sequeret̄:quippe quē
iam Priamꝰ donis amplioribꝰ, iisq; postea duplicatis fidi-
ssimū sibi retinuerat.Omniū aūt classium numerꝰ(quē ex
diuersis grętię regnis cōtractū supra exposuimꝰ) toto qn-
quēnio īstructꝰ ꝓparatusq; ē.Ita qū nulla iā res ꝑfectionē
nisi absētia militis retardarēt: Cuncti duces ueluti signo da
to, uno atq; eodem tempore aulidā cōfluūt.Interim in ipsa
nauigandi festinatiōe Agamēnon(quem a cunctis regem
omnium declaratū supra docuimꝰ)longius paulo ab exer
citu progressus, forte cōspicit circa lucum Dianę pascentē
capreā, imprudensq; religionis (quę ī eo loco erat)iaculo
transfigit: Neq; multo post ira Dianę ob mutationē aeris
corporibus ptētatis lues īuadit:atq; interim in dies magis
magisq; sęuiens multa milia fatigare, & promiscue pecora
atq; exercitum grauari: prorsus nullus funeri modus neq;

requies/ uti quicq̄ malo obuiū fuerat uaſtabatur. Quibus rebus ſollicitis ducibus/ mulier quędam deo plena Dianę iram fatur: Eam nāq; (ob necem capreę qua maxime lęta-batur) ſacrilegij pœnas ab exercitu expetere: nec leniri priuſq̄ auctor tāti ſceleris filiā natu maximā uicariā uictimā immolaſſet. Quę uox ut ad exercitum uenit omnes duces Agamēnonē adeunt: eum quippe primo orar̄/ recuſantēq; ad poſtremū cogere uti malo ob uiam properaret. Sed ubi obſtinate renuere uident/ nec ulla ui queunt flectere/ plurimis conuitijs inſecuti ad poſtremū regio honore ſpoliauer̄: ac ne tanta uis exercitus ſine rectore profuſius ac ſine more militię uagaretur: pręſitiunt ante omnes Palamedem/ dein Diomedem & Aiacem thelamoniū/ quartū Idomeneum. Ita per ęquationē numeri atq; partiū quadripartitur exercitus. Neq; interim ullus finis uaſtitatis: tum Vlyxes ſimulata ex peruicatia Agamemnonis iracundia/ ob id domum demigrationē confirmans/ magnum atq; īſperabile cunctis remedium excogitauit: profectus nāq; mycenas nullo cōſilij participe falſas litteras tāq̄ ab Agamēnone ad Clytęmneſtram perfert: quarum ſententia hęc erat. Iphigeniā (nam ea maior natu erat) deſponſatā Achilli/ eumq; non prius ad troiam profecturum/ q̄ promiſſi fides impleretur: ob quę feſtinaret/ eāq; & quę nuptijs uſui eſſēt mature mitteret. Pręterea multa pro negotio emētito argumento locut9/ fidem fecerat: Quę ubi accepit Clytęmneſtra tum pp gratiam Helenę/ tum maxime ꝙ tā celeberrimi nominis uiro filia traderetur/ lęta Iphigeniam Vlyxi cōmittit. Iſq; confecto negotio paucis diebus ad exercitū

reuertitur: atq; ex improuiſo in luco Dianę cum uirgine cõſpicitur. Quibus congnitis Agamemnon affectione paternę pietatis motus, ne tam illicito immolationis ſceleri intereſſet, fugam parat. Eumq; re congnita Neſtor longa ex paſſus oratione ad poſtremum ĩ ſuadendi generẽ (in quo pręter cęteros gręcię uiros iocundus auctuſq; erat) a propoſito cohibuit. Interim uirginem Vlyxes & Menelaus cũ Calchante (quibus id negotium datum erat) remotis prope omnibus ſacrifitio adornant. Qum ecce dies fœdari, & cœlum nubilo tegi cœpit. Dein repente tonitrua, coruſcationes, fulmina: & preterea terrę mariſq; ingens motus, atq; ad poſtremum confuſione aeris ereptum lumen: neq; multo poſt imbrium atq; grandinis uis magna p̃cipitata: inter quę tamen eſt terrę nulla requies tempeſtatis: Menelaus cum his qui ſacrifitium curabant, metu atq; hęſitatione in diuerſa agebatur: terreri quippe primo ſubita cœli ꝑmutatione, idq; ſignum diuinum credere: Dein ne cœptum omitterent detrimento militum commoueri. Igitur inter tantam animi dubitationem, uox quędam luco emiſſa aſpernari numen ſacrifitij genus, & ob id abſtinendum a corpore uirginis, miſereri namq; eiuſdem. Cęterum pro tanto facinore ſatis pœnarum Agamemnoni a coniuge eius poſt troianam uictoriam comparatum: itaq; curarent id quod in uicem uirginis oblatum animaduerterent imolare. Deinde cœpere uenti, atq; fulmina, aliaq; quę in magno cœli motu oriri ſolent concreſcere. SED QVM hęc apud lucum aguntur, Achilles litteras ſeorſum miſſas ſibi a Clytęmneſtra cum auri magno pondere accipit:

inquibus ei filiam, atq; omnẽ domũ cõmẽdauerat: Quas postq̃ plegerat, & Vlyxis consilium patefactũ est, omissis omnib9 propere ad lucũ pergit, magna uoce Menelaũ, & qui cũ eo erãt ĩ clamans, ab ĩquietudine Iphigenię cohiberent sese, cõminatus pnitiẽ omnib9 nisi paruissent. Mox attonitis his atq; stupefactis ipse supuenit: reformatoq; iam die uirginẽ abstrahit. Interĩ deliberãtibus cunctis qdnã & ubi esset quod ĩmolari iuberetur: cerua forma corporis ad mirãda ante ipsam arã ĩtrepida cõsistit, eam p̃dictã hostiã rat oblatamq; diuinitus cõphendere: moxq; ĩmolãt. Quibus pactis sędata lues, instarq; ęstiui tẽporis cœlũ reseratũ est. Cęterum uirginẽ Achilles atq; hi qui sacrifitio p̃fuere clam omnib9 regi scytarũ q eo tẽpore aderat cõmẽdauer. At ubi duces sędata ui mali, animaduertere uentorũ flatus nauigandi prosperos, atq; ęstiuam maris fatiẽ, omnes lęti Agamẽnonẽ adeunt: eũq; ĩteritu filię pmœstũ cõsolati, honore regni rursum cõcelebrãt: quę res pgrata atq; accepta p exercitum fuit: eum quippe optimũ cõsultorem suũ, quẽ nõ secus q̃ parentẽ miles omnis p̃colebat. Sed Agamẽnon siue eorũ quę p̃cesserant satis prudens, siue humanarũ rerũ necessitatẽ animo reputans, & ob id aduersus ĩ fortunia firmissimus, dissimulato quod ei acciderat, honorẽ suscipit: atq; eo die duces omnes ĩcõuiuiũ ad se deducit. Dein haud multis post diebus exercitus ordinatus pduces (qum oportunum iam tempus nauigandi ĩgrueret) ascendit naues repletas multis pretiosissimis rebus, quę ab incolis regionis eius offerebantur. Ceterum frumenta uinum aliaq; cibi necessaria Anius & eius filię prębuere, quę œnotropę &

diuinę religionis antiſtites memorabantur. Hoc modo ex Aulide nauigatum eſt.

ARGVMENTVM, SECVNDI, LIBRI.

TELEPHVS myſiorum rex Herculis & Auges fili9 prohibens gręcorum aduẽtum deuenit ad pugnã, in qua Teſandrus Polinicis, & Teutratius ĩterficiũ: ipſe quoq; Telephus ab Achille uulnerat9, duce eodẽ ſanitati reſtituitur. Item Sarpedon Laodomię & Xanthi filius iuxta troiã cõgreſſus eſt cũ gręcis, ubi Protheſilaus tęlo Aeneę perimit. Cygnus rex ab Achille occidit. Palamedes ſmynthio Apollini ſacrificat. Philoctetes morſu ſerpentis cõtingitur & ſanatur. Palamedes ĩſidiis Diomedis & Vlyſſis ſimulatiõe theſauri morti traditur, ſepultuſq; funer publico. Achilles uaſtatis multis oppidis troianorum Aſtimõen Chryſei ſacerdotis filiam, & Hippodamiã Briſei filiã abduxit. Polymneſtor Polydorũ Priami filium gręcis prodidit. Aiax Tegmeſſam puellã aufert. Diuiditur p̃da capta. Oratio Vlyxis ad troianos. Polydorus ĩterficitur. Peſtis inuaſit exercitum. Redditur Aſtimone patri. Sędatur lues. Eripit Agamẽnon Hippodamiã Achilli. Deſcribitur catalogus iuuãtium troianos. Achilles iraſcitur. Dolon occiditur. Vulnerantur duces plurimi. Percutitur a Menelao Paris, a Pandaro Menelaus: Pandarus a Diomede ĩterficitur. Hector incendit gręcorum naues: fit pugna maxima utrinq;. Rœſus rex in ſomnis pęrimitur. Demum Achilles Agamemnoni reconciliatur.

.F.DISTICHON.F.

Inſtabat ſextus decimę trieteridis annus
Iam mihi: dum dicto hęc qualiacūq; legis.

DICTYS CRETENSIS DE HISTORIA BELLI TROIANI LIBER SECVNDVS.

POSTQVAM ad myſioꝝ regionē uniuerſas claſſes uēti appulere: propere omnes ſigno dato naues littori admouerunt. Dein egredi cupiētibus a cuſtodibus loci eius obuiatū eſt: eos nāq; Telephus q tum myſię īperator erat (quo omnis regio ab i curſione maritimorū hoſtiū defenſaretur) littori ꝑfecerat. Igitur ubi deſcēdere prohibētur neq; prius ꝑmittitur terrā attingere q̄ regi qnā eſſent nunciaretur: noſtri primo quę dicebātur negligere & ſinguli nauib9 egredi. Dein poſtq̄ a cuſtodib9 nihil remittebatur & ſūma ui reſiſti ac prohiberi coeptū eſt: duces omnes manu ī iuriam uindicandam rati arreptis armis euolant nauibus incenſiq; ira cuſtodes cędere neq; uerſis his in fugam parcere: ſed uti qſq; fugientem cōprehenderat obtruncar̄. Interim ad Telephum q primi fuga gręcos euaſerāt ueniunt: irruiſſe multa hoſtium milia eoſq; cęſis cuſtodib9 littora occupaſſe multa pręterea pro metu ſuo adiitientes nuntiant. Dein re cōgnita Telephus cum his quos circum ſe habebat aliiſq; q ī ea feſtinatiōe ī unum cōduci potuer̄ propere gręcis obuiā uenit: ac ſtatim cōdenſatis utrinq; frōtibus ui magna cōcurritur. Deinde uti qſq; ī man9 uenerat

littoꝝ custodes et afretta fuga ceduntur

interficitur:qum iterim his atq; illis ex causa suorũ percul-
sis uehemẽtius ĩstaretur. Sed ĩ ea pugna Thesandrus (quẽ
Polinicis supra memorauim9) cõgressus cũ Telepho ictu
sq; ab eo cadit:multis tñ hostium interfectis:inqbus Tele-
phi comitem (quẽ rex ob industriã uiriũ atq; ingenij inter
duces habebat) strẽnue dimicãtẽ ob truncarat: atq; ita pa
ulatim elatus secundo belli euẽtu / & ob id maiora uiribus
aggressus iterficitur:atq; eius cruentum corp9 Diomedes
(qui ei iam tũ aparentibus cœptum cũ eo sotietati ius pse-
uerabat) humeris extulit / idq; igne crematum (quod sup
fuerat) more patrio sepeliuit. AT VBI animaduertere Ac
hilles & Aiax thelamonius magno suoꝝ detrimento euen
tum belli trahi / exercitum ĩ duas partes dispartiunt / ac pro
tempore cohortati suos / tamq̃ restauratis uiribus acrius
hostes incurrunt: ipsi duces principesq; certaminis / qum
modo insequerentur fugientes / modo ingruentibus semet
instar montis opponerent:atq; ita omnino primi aut inter
primos bellantes / pręclaram iam tum uirtutis suę famam
apud hostes atq; inter suos effecere. Interim Teutratius ex
Teutratio & Auge genitus frater Telephi uterin9 / ubi aĩa
duertit Aiacem tanta aduersum suos cũ gloria dimicãtem /
propere ad eum se conuertit / ibiq; pugnãdo ictus tęlo mox
occubuit: Eius casu Telephus non mediocriter perculsus /
ultionemq; fraternę mortis expetens / in festus Aiacem in
uadit / atq; fugatis quos aduersum ierat / qũ obstinate Vly-
xem iter uineas (quę loco adiunctę erãt) cõsequeret̃ ꝑpe-
ditus trunco uitis ruit:id ubi Achilles procul animaduertit
tęlo iaculato femur sinistrum ei transfigit: At Telephus

īpigre surgens, ferrumq; excorpore trahit, & protect9 cō
cursu suoꝝ ab instanti periculo liberat9 est. Iamq; diei plu
rimum processerat, qum utraq; aties in tenta p̄lio sine ulla
requie ac iugi certāine strennuis aduersū se ducib9 fatiga-
retur: Namq; nostros multorū dierum nauigatiōe aliquā-
tum exhaustos maxime pręsentia Telephi examinauerat:
is namq; hercule genitus, procer9 corpore, ac pollens uiri-
bus, diuinis patris uirtutib9 propriam gloriam ęqperaue-
rat. Igitur aduenīete nocte cunctis cedētibus requies belli
facta est: ac mysij sead domum, nostri ad naues digrediun-
tur. Cęterum in ea pugna multi mortalium inter fecti u-
triusq; exercitus, ac uulnerati pars maxima, prorsus nulli
aut pęr pauci cladis belli expertes. DEIN Insecuta die le-
gati inuicem de sepeliendis q in bello ceciderant mittūtur:
atq; indutijs interpositis collecta corpora atq; igne crema
ta sepeliunt. Interim Tlepolemus & cum fratre Antipho
phidippus quos Thessalo genitos (nepotes Herculis sup-
ra memorauimus) congnito Telephum in his locis impe-
ritare, fidutia congnationis ad eum ueniunt: eiq; qnam es-
sent, & quibus cum nauigassent aperuere: Deinde multa
inuicem consumpta oratione, ad postremum nostri acrius
in cusare, ꝙ tam hostiliter aduersum suos uersaretur, Aga
memnonē namq; & Menelaum pelopidas nō alienos gn̄e
gn̄is sui eum exercitū cōtraxisse. Dein quę circa domū Me
nelai ab Alexādro cōmissa essent, raptūq; Helenę docēt:
obquę decer̄ eū, cū pp cōsanguinitatē, tū p̄cipue obscel9 ui
olati cōmunis hospitij, gręcis ultro offerre auxiliū: īquorū
gratia ipsius etiam Herculis plurima laborū monumenta

per totam grętiā existerēt. Adquę Telephus (& si dolore uulneris nō modice afflictabatur) benigne tñ respōdens ipsorū ait primo culpa factū ꝙ amicissimos & iunctos sibi generis affinitate regno suo appulsos ignorauerit premittēdos etenī fuisse ꝑ quos cōgnito aduētu & eum obuiā ire gratulantē oportuerit atq; amice hospitio receptos donatosq; munerib9 qū cōmodū uideretur remitteret. Cęterū militiā aduersum Priamū recusare: Astiochen priami filiā sibi matrimonio iunctā exqua Eurypilus genit9 arctissimū affinitatis pignus itercederet. Deinde propere popularib9 uti abīcœpto desisterēt nūtiari iubet atq; ita nr̄is liberam egrediēdi nauibus potestatē ꝑmittit ac pro tēpore cohortari suos. Tūq; Tlepolem9 & q cū eo uenerāt Eurypilo tradūtur. hiq; pactis quę cupierāt ad naues ꝑgunt nūtiantq; Agamēnoni ac reliquis regib9 pacem cōcordiamq; cum Telepho. Quę ubi accepere apparatū belli lęti omittunt: Dein ex cōsilij sententia Achilles cū Aiace ad Telephum ꝑueniunt eūq; iactatum magnis dolorib9 cōsolati ut uiriliter icōmodū ferret depcātur. At Telephus ubi aliquantū respiratio doloris itercesserat gręcos accusare ꝙ ne nūtium qdē aduēt9 sui pręmisissēt. Dein pcōtatur quinā & quanti pelopidę in ea militia essent doctusq; multis ꝑcibus orat uti ad se omnes ueniāt. Tū nr̄i facturos se quęcūq; uellet polliciti desiderium regis reliquis nuntiauere. Igitur omnes pelopidę ꝑter Agamemnonē & Menelaum in unū cōgregati ad Telephū ueniūt: multūq; gratulatiōis & lętitię ꝑsentia sua regi obtuler̄: ac deinde munerib9 largiter donati hospitio recipiuntur. Neq; tñ miles reliquus

(qui apud naues erat) munifitẽtię regis expers fuit. Nãq̃ pro numero nauium frumentum aliaq̃ necessaria affatim portabantur. Cęterum ubi Agamẽnonem fratremq̃ eius ab esse animaduertit, multis pręcibus Vlyxem depręcatur uti ad eos acciendos pergeret. Hi itaq̃ ad Telephum ueniunt, ac more regio in uicem acceptis datisq̃ donis Machaonem & Podalyrium Aesculapii filios uenire ac uulneri mederi iubent, q conspecta cura propere apta dolori medicamina in ponunt. Sed detritis aliquot diebus tempus nauigandi remorari ac uentis aduersantibus mare idies magis magisq̃ sęuire occipit, Telephum adeunt, eumq̃ de oportunitate temporis cõsulunt: atq̃ ab eo docti initio ueris ex his locis ad troiam nauigandi tempus esse, reliqua aduersa, cunctis uolentibus boetiam reuertuntur, ibiq̃ subductis nauibus singuli in regna sua hyematum discendũt. Interim i eo otio regi Agamẽnoni cũ Menelao fratre exercere discordiam suã uacuũ fuit ob proditam Iphigeniã: is namq̃ auctor & ueluti causa tanti luctus eius credebatur. PER IDEM tempus ubi de cõiuratione uniuersę gręcię apud troiam compertum est, auctoribus nuntiis secutis barbaris, q mercandi gratia per omnem Hellespontũ cõmutare merces cũ accolis sueti, ultro citroq̃ uagabantur, metus atq̃ mœror uniuersos i uasere, qum singuli quibus ab initio Alexãdri factum displicuerat male actũ aduersus gręciã, & ob id paucoꝝ prauitate i cõmunẽ pnitiẽ mãcipatũ iri testarent. Interea sollicita magnaq̃ cura plures exomni ordĩe lecti ad cõtrahẽda ex finitimis regionib9 auxilia ab Alexandro aliisq̃ pessimis consultoribus dimittuntur.

his mãdatur uti q̃ primũ expedito negotio remearẽt: quod ea gratia maxime apriamidis festinabatur, uti propere instructo exercitu tempus profectionis antecaperent, atq; om̃e quod parabatur bellum in regiones grętię transportaretur. Q um hęc apud troiã geruntur, Diomedes ĩcœpti eorum certior factus, magna celeritate p omnẽ grętiã peruagatus uniuersos duces cõuenit: eisq; consilium troianoꝝ aperiens monet atq; hortatur, uti q̃ primum ĩstructis reb9 bello necessarijs ad nauigandũ festinarẽt: neq; multo post re cõgnita Argos ab omnib9 cõuenitur. Ibi Achilles regi ĩdignatus ꝙ pp filiam renueret profectionem ab Vlyxe ad gratiam reductus est. Is nãq; tũ mœsto luctu obsito Agamẽnoni insinuans quę circa filiam eius euenissent, animũ atq; ornatũ regis reformauit. Igitur cunctis p̄sentibus (q̃q̃ a nullo offitia militię negligebantur) pręcipue tñ Aiax & Achilles cum Diomede curam maximã studiumq; in portandi belli susceperant. Hisq; placet uti pręter contractam classem, naues (q̄bus loca hostilia incursarent) pręparentur. Ita diebus paucis quinquaginta nauiũ classem instructam omni genere compingunt. Cęterum ab in cœpto militię eius octauo iam anno ad hoc usq; tempus consumpto, initium noni cœperat. At ubi instructę omnino classes, & mare nauigij patiens, neq; ulla res impedimento erat: scytas (q forte mercandi gratia eo appulerant) conductos mercede duces profectionis delegere. PER IDEM tempus Telephus dolorem uulneris eius, quod in pręlio ad uersum gręcos acceperat, diu afflictat9 qũ nullo remedio mederi posset: ad postremum Apollinis oraculo

monitꝰ uti Achillem atqꝫ Aesculapij filios ad hiberet/ pro
pere Argos nauigat. Deinde cunctis ducibꝰ causã aduẽtꝰ
eiꝰ admirãtibꝰ oraculũ refert: atqꝫ ita orat ne sibi p̄dictum
remedium ab amicis abnegaret̃. Quę ubi accepere Achil
les cum Machaone & Podalyrio adhibentes curã uulneri
breui fidem oraculi firmauere. Cęterum̃ gręci multis ĩmo-
lationibꝰ deos adiutores incœpto ĩuocantes Aulida cum
p̄dictis nauibꝰ ueniunt/ atqꝫ ĩde proper̃ nauigare ĩcipiẽtes/
Dux Telephus ob acceptã gratiam factus. Ita ascensis na
uibus uentos nacti ex sentẽtia paucis diebꝰ ad troiã puene
re. PER IDEM tempus sarpedon lytius Xanthi & Lao-
domię filius frequẽtibꝰ nuntijs a Priamo accitꝰ cũ magna
armatorũ manu aduẽtabat: Is ubi aĩaduertit procul mag-
nam uĩ classium remotã littori/ ratus ut negotiũ erat pro-
pere suos ĩstruit/ gręcosqꝫ egredi ĩcipiẽtes ĩuadit. Neqꝫ mu
lto post priamidę re cõgnita arreptis armis occurrũt: Qũ
ĩterim gręci ĩfestis hostibus & om̃i modo instantibꝰ/ neqꝫ
egredi p̄niciter/ neqꝫ arma capere turbatis omnibus/ & ob
id cuncta impedientibꝰ possent: Ad postremũ tñ hi (q̄bus
ĩea festinatione armandi semet potestas fuit) cõfirmati in
ter se ĩuicem acriter hostes incurrũt. Sed in ea pugna Pro-
thesilaus (cuius nauis prima omniũ terrę admota erat) in
ter primos bellando ad postrẽum tęlo Aeneę ictus ruit. oc
cidere etiã duo Priami filij/ neqꝫ reliqua multitudo utraqꝫ
ex parte cladis eius expers fuit. Cęterum Achilles & Aiax
thelamoniꝰ (quorum uirtute gręci sustẽtabãtur) magna
gloria dimicantes metum hostibus/ & fidutiam suis effece
re: neqꝫ amplius resisti aduersum eos poterat: q̄n paulatim

decedentib9 his quos aduersum ierant, ad postremũ cuncti fugarentur: ita libero ab hostibus tẽpore, greci subductas naues atq; in ordine positas tuto collocãt. Dein ex omnib9 Achillem atq; Aiacem thelamonium (quorꝝ uirtute maxime fidebant) custodes deligunt: eisq; tutelã classium atq; exercit9 per latera atq; cornua distribuẽtes tradunt. Igitur ordinatis dispositisq; omnibus, Telephus (cuius ductu ad troiam nauigatum est) magna sui apud exercitum gratia domum discedit: Neq; multo post circa Prothesilai sepulturam nr̃is occupatis nihilq; ĩ tali tempore hostile metuẽtibus, Cygn9 (cui9 haud procul a troia regnum erat) cõgnito aduẽtu nostro clam atq; insidijs grecos inuadit, eosq; ancipiti malo ꝑterritos sine ullo ordine ac disciplina militari fugere coegit. Deinde propeř reliqui (quib9 nõ ea humatio mandata erat) re cõgnita armati cõtra eunt, in quib9 Achilles cõgressus cũ rege, eumq; & magnã uim hostium ĩterficit: mox ĩ fugam cõuersis reliquis atq; hoc modo liberatis. Ceterũ sollicitis ducib9, & multorꝝ clade ob crebras hostiũ in cursiões anxijs, decerniť uti primũ finitimas troie ciuitates cũ ꝑte exercit9 adeant, easq; omni modo ĩcursẽt. Ita omniũ primã Cygni regionẽ ĩnuadunt, uastantq; circũ omnia. Sed ubi methorẽsiũ ciuitatẽ (que regni caput filiorum Cygni altrix memorabať) nullo resistente inuasere, atq; ignem subijcere cœperunt: ciues eius multis precibus lachrymisq; orare ut ab incœpto desisterent, ꝑ omnia humana atq; diuina nixis genib9 deprecãtes, ne delicta pessimi ducis ciuitatem ĩnoxiam, ac paulo post fidam sibi luere paterenť: hoc modo ꝑmiseratione seruata ciuitas. Ceterꝝ

regios pueros Cobim & Corianeum eorumq; sororē Glaucen expetētib9 grecis tradidere: quam nři Aiaci ob fortia facta eius excepta reliqua p̄da habendam cōcedunt. Neq; multo post methoriēses supplices & cum pace ad grecos p ueniunt: amicitiam & oia que iperassēt facturos polliciti. Quibus pfectis Cillam aggressi expugnauere: neq; tn̄ Coronen (que haud procul ab erat) cōtingūt igratiam meādrinorum: qui cōtermini ciuitatis eius: fideles atq; amicissimi nobis ad hoc tēp9 pmanserāt. EADEM tēpestate oraculum Pitij regis perfertur cōcedendum ab omnibus uti p Palamedem Apollini smynthio sacrifitium exhiberetur: que res multis grata obindustriam & amorem uiri quem circa omnē exercitum exhibebat: nō nullis ducum dolori fuit. Ceterum imolatio centum uictimaꝝ (sicuti p̄dictum erat) pro cuncto exercitu ex hibebatur p̄tereunte Chryse loci eius sacerdote. Interim re cōgnita Alexander cōgregata armatoꝝ manu ad prohibendū uenit: quē qdem Aiaces (priusq̄ ad tēplum appropinquaret) iterfectis plurimis p̄cauere. Sed Chryses (quē sacerdotem smynthij Apollinis supra diximus) utriusq; exercit9 offensam metuēs: quisqs ptium ad eum uenerant cū his se adiunctū esse simulabat. Interim i eo sacrifitio Phyloctēta tū procul ab ara templi eius astans morsu serpentis forte cōtingit: Dein ab om̄ib9 q animaduerterāt clamore sublato: Vlyxes accurrēs serpētem iterficit. Neq; mlto post Philoctēta cum paucis (uti curaret) Lemnū insulā mittit: Nāq; iea sacri Vulcani ātistites i habitar̄ ab accolis dicebātur: soliti mederi aduersum uenēa hui9 modi. PER IDEM tēpus Diōedes & Vlyxes

consilium de inter fitiendo Palamede ineunt: more igenii humani quod ibecillum aduersum dolores animi, & iuidię plenum anteiri se ameliore haud facile patitur. Igitur simulato ꝙ thesaurum repertum in puteo cū eo partiri uellent: remotis procul omnibus persuadent ut ipse potius descenderet: eūq; nihil de insidiis submetuētem adminiculo funis usum deponunt, ac propere arreptis saxis (quę circū erāt) de sup obruunt: ita uir optimus acceptusq; īexercitu, cuius neq; cōsilium unq̄, neq; uirtus frustra fuerat, circūuentus a qdus minime debuerat, īdigno modo interiit. Sed fuere q eius cōsilii haud exptem Agamēnonē dicerent, ob amorē ducis in exercitū: & quia pars maxima regi ab eo cupiens, tradendū ei imperium palam loquebatur. Igitur acunctis gręcis (ueluti publicū) fun9 eius Crematū igni, aureo uasculo sepultū est. Interī Achilles ministras & ueluti officinā belli proximas troię ciuitates rat9, sumptis aliquot nauibus lesbum aggreditur, ac sine ulla difficultate eam capit: & Forgaritam loci eius regem multa aduersus gręcos hostiliter molitum īterficit: atq; ita inde Diomedeā filiā regis cū magna p̄da abducit. Deinde Pyrrhā & hierapolim urbes refertas diuitiis, cūctis suoꝝ poscētib9 ui magna aggress9 paucis diebus sine ulla difficultate excindit. Cęterum qua pergebat agri referti iugi pace depredati, omnibusq; uexati rebus, neq; qcq̄ quod amicum troianis crederetur non uersum atq; uastatum reliquit. Quibus congnitis finitimi populi ultro ad eum cum pace accurrere, ac ne uastarentur agri dimidio fructuum pacti, dant fidem pacis atq; ab eo accipiūt. Hisq; actis Achilles ad exercitum regreditur:

magnam uim glorię atq; pdę apportans. Eodem tempore rex scytarū cōgnito aduētu nostro cū magnis donis aduēta bat. Cęterum Achilles haud cōtent9 eorum quę gesserat: Cylicias aggreditur, ibiq; lyrnesum paucis dieb9 pugnādo cepit. Interfecto dein Factione q his locis impitabat, mag nis opibus naues replet, abducens Astynomen Chrysis fi liam quę eo tempore regi denupta erat: propere inde Pe dasum expugnare cœpit, lelegonum urbem. Sed eorū rex Brises ubi animaduertit in obsidendo sęuire nostros, ratus nulla ui prohiberi hostes, aut suos satis defendi posse, des peratione suffugij salutisq;, attentis cęteris aduersum hos tes, domum regressus laqueo iterijt. Neq; multo post cap ta ciuitas, atq; interfecti multi mortales, & abducta filia regis Hippodamia. PER IDEM tempus Aiax Telamo nius thracum cheronesum omni modo īfestabat. Sed ubi rex eorum Polimnestor uirtutem atq; gloriam uiri cog nouit diffidens rebus suis deditionem occepit. Tumq; Po lydorus Priami filius (quem rex recens natum clam omni bus alendum ei transmiserat) merces pacis ab eo traditur: aurum etiam aliaq; huius modi dona ad conciliandos hosti um animos affatim prębebantur. Dein frumentum per omnem exercitum totius anni pollicitus: naues onerarias (quas ob id Aiax secum habuerat) replet: multisq; exe crationibus amicitiam Priami aduersum grecos renuens, in pacem fidemq; receptus. HIS ACTIS Aiax iter ad phrygias conuertit: ingressusq; eorum regionem, Teuth rantem dominū locorum solitario certamine iterficit: Ac post paucos expugnata atq; incensa ciuitate magnam uim

p̄rędę trahit / abducens Tegmeſſam filiā regis. Igitur am-
bo duces multis uaſtatis atq; expugnatis regionibus ipſi
clari atq; magnifici cū ingenti nomine pdiuerſa loca / atq;
ſine induſtria eodem tempore ad exercitum remeauere:
Deinde per pręcones conductis in unum cunctis militibus
ducibuſq; progreſſi inmedium: ſinguli laborum ſuoꝝ atq;
induſtrię documenta in conſpectu omniū expoſuere. Quę
ubi gręci animaduertere fauore īgenti ac laudibus eos pro
ſecuti: medioſq; ſtatuentes / ramis oleę coronauere. Dein
conſilium de diuidenda pręda cœptum: Neſtore & Idome
neo incernendo optimis auctoribus: atq; cunctorum ſen-
tentia exomni pręda quam Achilles apportauerat excep-
tarunt Factionis cōiugem Aſtinomē (quā Chryſis filiam
ſupra docuim9) hāc ob honorē regiū Agamēnoni obtule-
re. Ipſe etiā Achilles pręter Briſei filiā Hippodamiā / Dio-
medeā quoq; ſibi retinuit: ꝙ eiuſdē ętatis atq; alimonię nō
ſine magno dolorē diuelli poterāt / & ob id iā antea genibus
Achillis obuolutę / ne ſepararētur magnis p̄cib9 orauerāt.
Cęteꝝ reliqua p̄da uiritim ob ſingulorū merita diſtributa
eſt. Dein quę Aiax apportauerat Vlyxes & Diomedes ro-
gatu ei9 īmedios ītulere: exquib9 auri atq; argēti quātum
ſatis uidebat / Agamēnoni regi datur: Ac deinde Aiaci (ob
egregia laborū facinora) Theuthrātis filiā Tegmeſſā con
cedunt. Ita diuiſis inſingulos quę ſuperauerant frumētum
per exercitum diſpartiunt. HIS actis fidem pacti quod cū
Polymneſtorē ītercesſerat / traditumq; Polydorum refert:
ob quę a cūctis decernit ut Vlyxes cū Diomede ꝑfecti ad
Priamū / Helenā cū abreptis recuperarent / atq; Polydorū

regi traderent. IGITVR HIS pergentibus Menelaus (in cuius gratia id negotium gerebatur) legationis offitium pariter cum supradictis capit: Itaq; habentes Polydorum ad troiãos uẽiunt: Sed ubi animaduerteř populares, electos ac magni nominis uiros aduentasse, propere senes omnes (quorum consilium haberi solitum erat) in unum cõducunt, Priamo ac filiis domi retẽto. Igitur reliquis pñtibus grecorum Menela9 uerba facit: secũdo iã ob eãdem causam uenisse, cum multa alia aduersum se domũq; suam admissa, tum magno cũ gemitu filię orbitatẽ p absentiam coniugis queri: Quę cuncta ab amico quõdam & hospite non secundũ meritũ suum euenisse: eam seniores lamẽtationẽ imodicã lachrymis accipiẽtes, ad omnia quę ab eo dicebanť tãq̃ iniurię eius patiẽtes annuere. Post quę Vlyxes medius astans huiuscemodi orationem habuit. CREDO VOS troiani principes satis compertum habere, nihil temere grecos neq; iconsultũ incipere solere, ac semp per ius iã tum amaiorib9 prouisũ atq; elaboratũ, uti facta gestaq; eoꝝ laus potius q̃ culpa sequeretur: & ut p̃terita benecõsulta omittã, iam hoc licet recõgnoscere, iiuriis cõtumeliisq; Alexãdri paulo ãtelęsa grętia, nõ ad uí neq; ad arma decursũ est: quod iracũdię refugiũ esse solet: Nãq; decõsilii sentẽtia legati ad recipiẽdã Helenã (ut mẽinistis) cũ Menelao uẽim9: qbus p̃ter supbas uerboꝝ minas & isidias occultas, nihil a Priamo atq; ab ei9 regulis remissũ: Impfecta igitur re (ut opinor) cõsequens fuit arma capere, iusq; p uim extorquere, quod amice ipetrare neqtum est: Itaq; peracto exercitu totius grętię, atq; inclytis ducib9 ne sic qdẽ p̃lium

aduersum uos inire consilium fuit: sed imitati morē modestiamq; solitā, iterato uos ob eādem causam oratū uenimus. Cętera in manu uestra sita sunt troiani neq; nos pigebit cōcessisse uobis (si modo sana mēs est) decretis salubrib9 priora male cōsulta corrigere: p deos inmortales reputate animis uestris quanta clades & ueluti contagio huiusce exempli orbem terrarum occupatura sit. Quis enim posthac (cui uirile ingenium est) recordatus Alexandri facinus, nō omnia suspecta & insidiosa ab amico metuere cogitur? aut quis frater fratri aditum patefatiet? quis hospitem aut cōgnatum non tamq̄ hostem cauebit? deniq; si hoc (quod haud spero) probaueritis oīa fœderis iura ac pietatis apud barbaros grçcosq; clausa erūt. Quo circa troiāi principes bonū atq; utile est grçcos receptis uniuersis quę p uim extorta sunt, amice atq; uti par est domū dimitti, neq; experiri ut duo regna īterse amicissima manus cōserāt. Quę qū cōsidero dolendā me Hercule uicem uestrā puto, qui innoxii & culpę eius uacui, tot tātiq; paucorum libidine paulopost alieni sceleris pœnas subiř cogemini: An uos soli ignoratis, ut affectę sint amicę atq; uicinę uobis ciuitates, uel quę residuis in dies pparētur? Nam captum Polydorū atq; apud grçcos retineri congnitum uobis est, qui (si Helena cum abreptis nunc saltem reuocetur) inuiolatus Priamo restitui poterit. Alioquin bellum differri non potest, neq; finis bellandi fiet, quin aut omnes grçcię duces ad eruendam ciuitatem uestram (qui singuli satis idonei sunt) mortem obierint: aut (quod magis spero confore) capto Ilio crematoq; igni, posteris etiam impietatis uestrę exemplum

Ab auditore persona ... caprat

duersus me
fert sententia
at eroanus cir
ca iuuras me
neias
senectia patri
sententia ate
noris
vlyxes iter
orat
sententia Anti
machi

relinquatur: Quapp dum ad huc res integra uobis i manibus est, etiã atq; etiã prouidete. POST q̃ finẽ dicẽdi fecit, magno silentio cunctis (uti in tali negotio fieri solet) alienam sententiam expectantibus, qum se q̃sq; minus idoneum auctorem crederet, Panthus apud eos clara uoce ait: Vlyxe uerba facis, quibus pręter uoluntatem mederi rebus potestas nulla est. Dein post eum Antenor, omnia quę memorata auobis sunt scientes prudentesq; patimur, neq; uoluntas bene consulendi abest si potestas concederetur: Sed ut uidetis summę rei potiuntur illi, quibus cupita utilitate potiora sunt. Quę ubi disseruit, mox per ordinem duces omnes qui ob amicitiam Priami, quiq; mercede conducti auxiliarem exercitum duxerãt, ĩtroduci iubet: Quis ingressis Vlyxes secundam orationem exorsus, nequissimos appellare uniuersos, neq; dispares Alexandri: quippe qui a bono honestoq; elapsi auctorem pessimi sceleris sequerentur, neq; ignorare quemq̃ q̃ sit atrox iniuria probanda ius esse: fore uti malo exemplo disseminato, p mortales ipsos etiam qui haud longe abessent, similia aut grauiora hisce sequerentur: ea ut erant atrotia cuncti taciti reputar̃ animo atq; ita exemplum huiuscemodi abhorrentes indignatione rerum permoueri: Dein solito more perrogatis seniorum sententiis pari cõsensu omnium Menelaũ indigne passum i iuriam decernit: solo omniũ Antimacho ĩgratiã Alexandri aduersum reclamãte, ac statim qui de omnibus nuntiatum ad Priamum mitterentur electi duo, hiq; inter cętera quę mãdata erãt etiam de Polydoro docẽt. Ea ubi rex accepit maxime consternatus filii nuntio ante ora om-

nium corruit: Deinde a circumstãtibus refectus paulisper erigitur, atq; ire ĩ concilium cupiens a regulis cohibitus est: ipsi namq; relicto patre conuentum irrumpunt ad id tempus, quo Antimachus multis ĩ cõtumeliam grecorum prelatus probris, tum demũ dimitti Menelaum aiebat, si Polydor9 restitueret: Postréo eũdem casũ atq; exitũ utriusq; custodiẽdum: aduersumq; cũctis silẽtib9 Antenor resistere, ac ne qd huiusmodi decerneretur magna ui repugnare. Sed postq̃ ĩ uicem multa cõsumpta oratiõe certamen eoꝝ ad manus processerat, omnes qui aderant ĩquietum ac sediciosum Antimachum pronuntiantes e curia proiecere. Sed ubi Priamide egressi sunt, Panthus Hectorem obsecrans (nam is inter regulos uirtute tum consilio bon9 credebatur) hortatur ut nunc Helena potissimũ qum greci supplices ob eã causã uenissent cũ amicitia redderet: Neq; parũ Alexandro ad explẽdum amorẽ (siquẽ circa Helenã habuerat) transactũ. Quo circa uersari ãte omniũ oculos oportere p̃sentiã regũ graioꝝ, eorũq; fortia facta, ac recẽs partã gloriã, erutis amicissimis troie ciuitatib9: ob eã etiã causam Polymnestorẽ exemplũ admissi abhorrentẽ ultro grecis Polydorum tradidisse: Ex quo etiam uerendũ ne qd per tale cõmentum finitime regiones pernitiosa consilia aduersum troiam molirentur: Nihil exploratum neq; fidũ esse, insidiosa cuncta atq; aduersa in obsidione fore: Que si omnes ita uti res est animo reputarent, neq; ulterius differendos legatos paterentur, & Helena cum gratia remissa maius atq; arctius amicitie pignus inter duo regna conualesceret. Que ubi accepit Hector recordatione fraterni

Antimus tãq; sedicio[...] [...] e curia

facinoris tristior aliquantum, suffusisq; cum mœrore lach rymis, Helenam tamen prodendam minime dicebat, quippe supplicem domus, & ob id fide interposita tuendam, siqua circum eam erepta dicerentur, restituenda cuncta: Namq; pro Helena Cassandram uel Polixenam uel quę legatis uideretur, nuptum cum pręclaris donis Menelao tradendam: Ad ea Menelaus iracunde atrox, egregie Hercule nobis actum est, siquidem proprio spoliatus amore, commutare matrimonium arbitrio meorum hostium cogor. Aduersum quem Aeneas, ac ne hęc quidē cōcedentur cōtradicēte ac resistente me, reliquisq; qui affines amiciq; Alexandro in rem eius consulimus: Sunt enim atq; erunt semper q domum regnumq; Priami tueantur, neq; amisso Polydoro orbitas Priamū consequetur tot talibusq; filijs supstitibus: An solis qui e grętia sunt raptus huiusmodi cō cedūtur? quippe Cretę Europam a sydone, Ganimedē ex hisce finib9 atq; īperio rapere licuerit: Q uid Medeā? ignoratis ne a colchis ī iulcorum fines transuectā. Io ex sydoniorum regione abducta argos meauit: hactenus uobiscū uerbis actū, ac nisi mox cū omni classe ex hisdē locis effugeritis, iam iāq; troianam uirtutem experiemini: deorū quippe ope atq; auxilio iuuentus perita belli abunde nobis est: atq; in dies auxiliorum crescit numerus. Postq̄ finē loquēdi fecit: Vlyxes placida oratione, iam Hercule ulterius ait differre inimicitias haud integrum nobis est: Date igitur belli signum, atq; ut in inferendis iniurijs, ita in inchoando prelio fite auctores, nos sequemur lacessiti. TALIBVS inuicem consumptis uerbis, legati cōcilio abeunt: ac mox

[Marginal handwritten notes: "enee patri se ... entia aduersa" ; "ulixes orat"]

per populum disseminatis quę aduersus legatos Aeneas dixerat, tumultus oritur: scilicet per eum uniuersam Pria-mi domū, odio regni eius, & pessimo ītercedēdi exemplo, euersum iri. Igitur ubi legati ad exercitum reuenere cūctis ducibus dicta gestaq; troianorum aduersum se exponunt: Itaq; decernitur uti Polydorum ī conspectu omnium atq; ante ipsos muros necarent: neq; ulterius dilatum facinus, quippe productus inmedium uisentibus ex muris plęrisq; hostium, lapidib9 ictus fraternę impietatis pœnas luit: Ac mox unus ex pręconibus nuntiatum iliensibus mittitur uti Polydorum sepeliendum peterent: missusq; adeam rem Idęus cum seruis regis fœdatum ac dilaniatum lapidibus Polydorum matri eius Hecubę refert. INTERIM Aiax Telamonius neqd quietum finitimis troię regionibus atq; amicis relinqueretur, hostiliter eas aggressus botyram Cellamq; ciuitates diuitijs nobiles capit: Neq; contentus his Gargarum, Marisbam, Geniten, Scepsim, Larissam, miranda celeritate depopulatur. Dein doctus ab incolis multa huiuscemodi pecora in idęo monte stabulari: expos-centibus qui cum eo erant cunctis cito agmine montem in gressus, interfectis gregum custodibus, magnā uim peco-rum abducit. Deinde nullo omnium aduersante, cunctis qua pergebat infugam uersis, ubi tempus uisum est cum magna p̄da ad suos cōuertitur. PER IDEM temp9 chry ses (quē sacerdotem smynthij Apollinis supra docuim9) cōgnito filiā suā Astinomē cū Agamēnone degere, fretus religiōe tāti numinis ad naues uenit, pręferens dei uultū, & quędā ornamētorꝫ templi eius: quo facilius recordatione

Polidor9 lapi dib9 obruitur.

chryso

Agamēnonis i[-]
pietas.

prę{sentis numinis ueneratio sui regibus incuteretur: Dein oblatis auri atq; argenti donis plurimis redemptiōem filię deprecatur: deprecans uti magnificarent pręsentiam dei: q secum oratum eos ob sacerdotē proprium uenisset: Pręterea cōmemorat quę i dies aduersū se ab Alexādro eiusq; consanguineis / ob exhibitam a se paulo ante imolationē / inimica hostiliaq; pararētur. Quę ubi accepere reddēdam filiā sacerdoti neq; ob id accipiendū p̄mium uniuersis placet: Quippe cum p̄se amicus fidelisq; nobis / tum pręcipue ob religionē apollinis nihil non mereri credebat: Nāq; iā multis documētis ac fama icolarum / obsequi numini eius p omnia destinauerāt. Quę postq̄ Agamēnon accepit obuiam cunctorꝝ sentētiis ire pgit: Itaq; atroci uultu exitū sacerdoti cōminatur ni recederet / pditum senē atq; extrema metuētē ipfecto negotio ab exercitu dimittit. Tali modo cōuentu dissoluto singuli reges Agamēnonē adeunt / eūq; multis ꝑbris isectātur: qppe q ob amorē captiuę mulieris seq;(& quod idignissimū uideret) tāti numinis deū cōtēptui habuisset / ac mox uniuersi execrati deseruere: ob idq; & memores Palamedis / quē gratū acceptūq; iexercitū haud sine cōsilio ei9 Diomedes atq; Vlyxes dolo circūuētum necauissēt. Cęterꝝ Achilles i ore omniū ipsūq; & Menelaū cōtumeliis lacerabat. Igitur Chryses ubi i iuriā ppessus ab Agamēnone domū discessit. neq; multi fluxere dies / icertū alio ne casu / an(uti omnib9 uidebat) ira apollinis / morb9 grauissim9 exercitum inuasit. Principio grassandi facto a pecorib9 / deīde malo paulati magis magisq; igrauescente per homines dispargitur. Tum uero uis magna mortalium

corporib9 fatigatis pestifera ęgritudine|īfando adpostre-
mū exitio īteribant: sed regū omnino nullus neq; mortuus
hoc morbo|neq; attentatus est. Cęterū postq̄ null9 morbi
modus|& in dies plures intereūt|cuncti duces cōuerso iam
in se qsq; timore|īunum coeunt|ac dein flagitare Calchāta
(quem futuroꝝ pręscium memorauim9) uti causam tāti
mali edisseret. Ille enim perspicere se originē huiusce mor-
bi sed haud liberum esse qcq̄ eloqui exquo accideret ut po-
tentissimi regis contraheret offensam: Post quę Achilles
reges singulos adijt uti īterposita iurisiurandi religione cō
firmarēt|nequaq̄ se ob eā causam offendi: hoc modo Cal-
chas ubi cūctoꝝ aīos īse cōciliauit|Apollinis irā pronūtiat|
eum nāq; ob in iuriam sacerdotis īfestum gręcis pœnas ab
exercitu expetere: dein ꝑquirente Achille mali remedium|
restitutionē uirginis pronūtiat. Tum Agamēnon cōtestās
quod mox accidit|concilio tacitus egressus|cunctos quos
secum habuerat ī armis esse iubet. Id ubi Achilles animad
uertit|cōmotus rei indignatione|simul ꝑnitie defessi exer-
citus anxius|defunctoꝝ corpora miserādum īmodū cōfec-
ta undiq; inconuentu ante ora omnium proijci fecit: Quo
spectaculo adeo cōmoti reges gētesq; omnes|uti aduersus
Agamēnonē acūctis ꝑgeretur duce atq; auctore Achille|
& si ꝑstaret suadente exitio uindicandum. Quę ubi regi nū
tiata sunt pertinaci animo ab amore captiuę nullo modo
seiungi|apparatus experiri|nihil de sententia remittēdum
destinauerat. At postq̄ troiani cognouere cōflagrationem
corporum assiduam|crebrasq; sepulturas animaduerten-
tes|doctiq; etiā reliquos sine modo cladis ei9 debiles aere|

Calch futuro
m pręscius

cohortati inter se arma capiunt, ac propere cum manu au-
xiliari effusi portis pergunt aduersum: ac Dein per campos
exercitu bipartito: troianis Hector Sarpedon auxiliarib9
duces facti: tum nostri (uisis contra hostibus) armati atq3
instructi pro negotio simplici fronte aciem cōposuere, cir-
ca cornua diuisis ducib9, dextrum Achilles cū Antilocho:
alterum Aiax Telamonius cū Diomede curabāt: medios
accepere Aiax oileus & Idomeneus dux noster: hoc modo
exercitu utrinq3 cōposito pergunt obuiam. At ubi imanus
uentum est cohortati suos qsq3 acie conflixere. Tum uero
aliquantulum tracto certamine plurimi utriusq3 partis ca-
dunt: prçcellentibus in ea pugna barbarorum Hectore &
Sarpedone: grçcorū Diomede cū Menelao: Dein nox cō-
munis ambo℞ requies diremit p̄lium: Igitur reducto exer-
citu corpora suorum cremata igni, sepeliāt. Quis pfectis
grçci statuunt inter se Achillem (cuius in aduersis grçco
rum casibus sollicitudo prçcipua uidebatur) regem omni
um confirmare. Sed Agamemnon anxius ne decus regiū
amitteret, in cōcilio uerba facit: sibi maxime cordi esse ex-
ercitus incolumitatem, neq3 ulterius differre qn Astinome
remitteretur, maxime si restitutione eius instantē pnitiem
subterfugerent: nec qcq̄ deprecari amplius, modo i locum
eius Hippodamiam (quç cum Achille degeret) uicarium
munus amissi honoris acciperet. Quç res q̄ q̄ atrox omni-
bus & indigna uideretur, tn̄ cōnuente Achille (cui id pre-
miū p multis atq3 egregijs facinorib9 fuerat) effectū hab
uit: tantus amor erga exercitum, curaq3 aīo egregij adole-
scētis icesserat. Igitur aduersa cunctorum uoluntate, neq3

Agamenon resti-
tuere astinomē
promittit

iam quoq̃ palam recuſante | Agamēnon tãq̃ ab omnibꝰ cõ
ceſſa res uideretur | littoribus uti Hippodamia ab Achille
abſtraheretur ĩperat: hiq; breui iuſſa effitiunt. Interim Aſ-
tynomen gręci p̄ Diomedē atq; Vlyxem cū magna copia
uictimaꝝ ad phanū Apollinis tranſmiſere. Dein p̄fecto ſa-
crifitio uis mali leniri paulatim uiſa | neq; amplius attētari
corpora | & eorum q̃ ante fatigabãtur tãq̃ ſpirato diuinitꝰ
leuamine relaxari: ita breui p̄ uniuerſū exercitū ſalubritas
uigorq; ſolitus renouatꝰ eſt: Mittitur etiã Philoctetę lem
num portio eius prędę quã gręci p̄ Aiacem atq; Achillem
adductã ĩter ſe uiritim diſtribuerãt. CAETERVM Achil
les memor iniurię ſupradictę abſtinēdum publico cõcilio
decreuerat | odio maxime Agamēnonis | abolitoq; amore
quē circa grecos habuerat | ſcilicet ꝙ eorum patientia poſt
tot belloꝝ uictorias ac facta fortia | Hippodamia cõceſſū
pro laboribus premium p̄ iniuriã abducta eſſet. Dein ueni
entes ad ſe duces aditu prohibere | neq; cuiq̃ eorum ignoſ-
cere | q̃ ſe aduerſus Agamēnonis cõtumelias qum defendeř
liceret deſeruiſſent. Intus igitur manens Patroclū & phœ-
nicem hunc morum magiſtrum | alterum obſequijs amici-
tię charum | & aurigam Autumedontem ſecum retinebat.
PER IDEM tempus apud troiã exercitus ſotiorum | qq;
mercede conducti auxiliares copias adduxerant: tempore
fruſtrato ſeditione | odio | an recordatione ſuorum | bellum
non occipiebant. Quod ubi animaduertit Hector coactꝰ
neceſſitate militibus apud arma eſſe iubet | ac mox ubi ſig-
num daretur ſequerentur ſeſe. Igitur poſtq̃ tempus uiſum
eſt | & omnes ĩ armis nũtiabãtur: iubet egredi: ipſe dux atq;

imperator militię. RES POSTVLARE uidet̃ eorum reges qui fotij atq; amici troię, qq; ob mercedẽ auxiliares diuersis ex regionib9 cõtracti, priamidaꝝ ĩperiũ sequebãt̃ dicere. Primũ igitur portis erumpit Pandarus licaone genitus ex lycia: Dein Ippothus plei ex larissa pelasgidaꝝ: Agamas ex thratia: post quos Euphemus trizeni9 ciconis ĩperitãs: Philemenes paphlagoni9 patre Melio glorios9. Dius & Epistrophus filij numaganoꝝ regis. Sarpedon Anthogenit9 rector lytiorum ex Iole. Monathes & Antimachus Nomionis Decalanti filius: Menethles genitore thelameneo: Meoneant9 Hispolici lytius, quẽ sibi Sarpedon (q̧ prętet cęteros regiõis eius cõsilio atq; armis pollebat) participẽ belli earũq; rerũ asciuerat. Phorcis & Ascani9 phryges: Fronius midiõis ex mysia: Pyregam9 pęonis: Amphi9 & Adrastus Meropo geniti ex agrestina: Asirus hirtacus: Deĩ alter Asirus Dimãtho genit9 Hecubę frater ex phrygia: hos oẽs quos memorauim9 secuti multi mortales ĩconditi morib9, ac dispari uocis sono, sine ullo ordine aut modo p̃lia inire soliti. Quod ubi nr̃i aĩaduertere incãpum progressi more militię atiẽ ordinant magistro ac p̃ceptore cõponendi Menestheo atheniensi: ordinãte aũt eo gentes atq; regiões singulas, seorsũ manẽte Achille cũ mirmidonum exercitu: is nãq; ob illatã ab Agamẽnõe ĩiuriã & abductam Hippodamiã nihil animi remiserat, tñ maxime ĩdignatus Achilles q̧ reliquis ducibus ad cœnã deductis, solus cõtemptui habit9 ĩtermitteret̃. Cęterũ ordinato exercitu, ac tum primũ omnib9 copijs aduersũ se instructis hostib9, ubi neutra pars cõmittere audet: paulisper in loco retẹntis

militibus, tam̄q de industria utrinq; receptui canitur: lanq;
grçci regressi ad naues arma deponere: ac singuli per loca
solita corpus cibo curare occeperant. qum Achilles ultum
ire cupiens iiurias: ignaros cõsilij sui nostros, & ob id otiose
agentes, clam inuader̄ tentat: At ubi Vlyxes (a custodib9
qui eruptioni eius prçsentes erant rem comperit) propere
duces circũcursans cum magna uoce monet atq; hortatur
uti armis arreptis tuerentur sese: Dein cõsilium incœptũq;
Achillis singulis aperit: Quo congnito clamor ingens ori-
tur, festinantibus ad arma cunctis, ac seorsum singulis sibi
cõsulẽtibus. Ita Achilles prçuerso de se nuntio, ubi i armis
omnes sunt, neq; conata procedere queunt, intẽtato nego
tio ad tentoria regreditur. Ac mox duces nr̄i rati repentino
suoꝝ clamore moueri Ilienses, & ob id noui quid negotij i-
cepturos, augẽdç custodiç causa mittũt duos Aiaces, Dio-
medem, atq; Vlyxem: hiq; iter se regionẽ qua hostib9 adi-
tus erat dispartiunt: quç res nõ frustra eos habuit: Namq;
apud troiã Hector causam tumult9 eorum cupidus pscis-
cer̄, filiũ Eumedis Dolonẽ multis p̄mijs promissisq; illect-
um, ad postremũ exploratũ res grçcoꝝ egrederet̄ emittit:
Isq; nõ longe a nauib9 auid9 ignota cõgnoscẽdi: dum cupit
suscepti negotij fidem cõplere, in manus Diomedis qui eũ
locum cũ Vlyxe custodiebat deuenit: ac mox ab his cõprç-
hensus refert cuncta atq; occiditur. Dein diebus aliquot in
otio tritis, pducto utriusq; exercitu pedib9, diuisoq; cãpo
inter se (qui medius iter troiã & naues iteriacet) ubi tẽpus
bellandi uidebatur: magna cura uniuersus miles instructus
armis utrinq; pcedere: Deinde signo dato densatis frõtib9

conflixere aties cõpositę a gręcis, ac singulis p distributio-
uem ĩperia ducũ exequentib9: cõtra sine modo atq; ordine
barbaris ruẽtib9. Cęterum ĩ ea pugna ĩterficiuntur multi
mortales utriusq; partis, qum neq; ĩstantibis cederetur: &
exemplo strẽnuissimi cuiusq; q iuxta sterat ęquiperare glo
riam festinarẽt. Interim uulnerati grauiter ex ducib9 bello
decedere coacti sũt: barbaroꝝ Aeneas Sarpedon Glauc9
Helenus Euphorbius Polidamas: nostroꝝ Vlyxes Merio
nes Eumelus. Cęterum Menelaus forte conspicat9 Alexã
drum magno impetu irruit, quẽ euitãs nec diutius sustine-
re ausus Alexander fugam capit: At ubi procul animaduer
tit Hector concurrens cũ Deiphebo cõpręhendere fratrẽ:
eumq; uerbis maledictisq; acriorib9 insecuti, adpostremũ
cogunt uti progressus in medias aties eundem Menelaum
cõquiescentibus cęteris solitario certamine lacesseret. Igi-
tur producto ad bellandum Alexandro progressoq; extra
atiem (quod signum lacessentis uidebatur) postq̃ procul
animaduertit hunc Menelaus, demũ occasionem iuadendi
inimicissimi sibi maxime oblatam etiam iamq; ratus, cõfi-
dens omnium ĩiuriarum pœnas lui sanguine eius, omnibus
animis aduersus pergit: Sed ubi eos cõtratendere paratos
armis atq; animis uterq; exercitus animaduertit: signo da-
to recedunt cuncti: Iamq; uterq; pleno gradu aduersum in
cedens, intra iactum tęli peruenerant, qum Alexãder p̃ue-
nire cupiens, simulq; rat9 primo iaculi euẽtu loco uulneri
inuento, pręmittit hastam, eaq; illisa clypeo facile incussa
est. Dein Menelaus magno ĩpetu iaculatur, haud sane casu
dissimili: Namq; parato iam ad cauendum ictũq; declinãte

hoste tęlum humi figitur. At ubi nouis iaculis manus utri-
usq; redarmatę sunt / ꝑgunt cōtra: Tum demum Alexāder
ictus fœmur cadit: Ac ne mox hosti ultionē cum sūma gl-
oria cōcederet / pessimo exemplo ī tercessū est: Nā qum ad
interfitiēdum eum educto gladio irrueret Menelaus / ex
occulto sagicta Pādari uulneratus ī ipso impetu repressus
est. Igitur a nostris clamore orto / simulq; cum ira ī dignā-
tibus / q; duobus aduersum se seorsum (quorum maxime
gratia conflatum eēt bellum) decernētibus / repēte a tro-
ianis pessimo more ītercederetur: Rursus globus barba-
rorum ingruēs Alexandrum e medio rapit. Interim ī ea ꝑ-
mixtione animorum dum nostri extant / Pandarus procul
astans multos gręcorum sagictis cōfigit: Neq; prius finis
factus q̄ Diomedes atrocitate rei motus progressusq; co-
minus telo hostē ꝓsterneret: hoc modo Pādarus certāinis
fœdere uiolato / atq; ītereptis multis / ad postremū pœnas
sceleratissimę militię luit. Cęterum corpus eius liberatum
exacto Priamidę igne cremant / reliquiasq; sotii sibi tradi-
tas lytii in solum patrium pertulere. Interim uterq; exerci-
tus signo dato manus conserunt / pugnantesq; ui summa
atq; ancipiti fortuna bellum ad occasum solis producumt.
Sed ubi nox aduentabat utrinq; reges subducta haud
longe atie custodibus idoneis exercitus communiere: ita
per aliquot dies tempus bellamdi opperientes miltem
frequentem apud arma habuere. Namq; ubi hymes ad-
uentare & imbribus crebris compleri cœpere campi: bar-
bari inter muros / at nostri nullo palam hoste ad naues
digressi: multa hyemis disponunt: mox bipartito campo

qui reliquus nō pugnę oportunus erat, utraq; pars aratui insistere: Dein serere frumēta, aliaq; quę tēpus āni patiebatur. INTERIM Aiax Telamonius instructo milite quē secum adduxerat, habens etiā nō nullos de exercitu Achillis, ingressus phrygię regionem multa hostiliter uastat, & capit ciuitates, ac post paucos dies pręda auctus ad exercitum uictor rediit. Iisdem fere diebus barbari nostris per cōditionem hyemis quietis ac nihil hostile suspicantibus parauere eruptionem: Quis Hector dux atq; audendi auctor factus, namq; omnes copias īstructas armis cum luce simul porta educit, ac protinus cursu pleno ad naues tendere hostes iubet: At grai infrequentes tum, incuriosiq; ab armis turbari simul & a fugientibus, quos primū hostis incesserat, quo minus arma caperēt impediri: tum cęsi multi mortales, iamq; fusis qui inmedio fuerant, Hector ad naues progressus, ignē īproras iacere, ac sęuire īcendiis cœperat, nullo nostrorum auso resistere: qui territi atq; improuisi tumultu exangues genibus Achillis prouoluti auxilium renuentis tñ obuoluebātur: ita repente mutatio animorum nostros atq; hostes īntercesserat. Interea Aiax Telamoni9 aduenìens cōgnito apud naues Hectore, magna armorum spetie ibidem apparet: ac deinde molestia urgens hostem, multo sudore ad postremū a nauibus extra uallū detrudit. Tum iam cedentibus acrior insistens, Hectorē q aduersū eum promptius steterat reiectum inmani saxo ac mox consternatum reiicit. Sed eum concurrentes undiq; plurimi multitudine sua tectum bello atq; Aiacis manibus eripiūt, seminecemq; intra muros ferunt, male propere eruptione

aduersus hostes usum. Cęterum Aiax sęuior ob ereptam
emanibus gloriam sumptis iam Diomede & cum Idome-
neo Aiace altero, territos dispersosq; hostes sequi ac fugi-
entes nunc tęlo eminus prosternere, modo apprehensos
obterere armis, prorsus nullus qui in ea parte fuerat inta-
ctus euasit: Interq; iam trepida agmina Glaucus, Hippo-
lomus, Sarpedon, atq; Steropeus ad morandum hostem
paulisper ausi insistere, mox uulneribus grauati locum a-
misere. Quis uersis barbari nullam spem reliquam salutis
in auctoribus, nec unq̃ certo ordine palantes effusiq; ruer̃
adportas: eoq; arcto ac properantium multitudine impe-
dito ingressu, qum super alium alius ruinę modo pręcipita
rentur: superuenit cum supradictis ducibus Aiax. Tum
magna uis barbarorum trepida impeditaq; inter se cęsa ex
tinctaq;: In quibus filiorum Priami Antiphus & Polites:
Acmon Mestorq; atq; Euphemus, Troemus dux egregi-
us ciconum: Ita troiani paulo ante uictores ubi aduentu
Aiacis fortuna belli mutata est, uersis ducibus pœnas lue-
re militię inconsultę. At postq̃ aduentante uespera signum
nostris receptui datum est, uictores lętiq; ad naues regres-
si sunt. Mox ad Agamemnonem cœnatum deducuntur.
Ibi Aiax collaudatus a rege donis egregiis honoratur:
Neq; reliqui duces facta gestaq; uiri silentio remittunt:
Quippe singuli extollentes uirtutem memorant fortia
facta, euersas ab eo tot phrygię ciuitates, abductasq; prędas, & ad postremum in ipsis nauibus aduersum Hector-
em egregiam pugnam, liberatasq; classes, neq; cuiq̃ dubi-
um quin ea tempestate tot egregiis ac pulcherrimis eius

(margin, handwritten: fuga troianorum ... ; Aiax ob fortia facta honoratus)

facinoribus spes omnes atq; opes militię itali uiro sisterentur. Cęterum proras nauim duarum (quibus illatus ignis eam partem tantum modo consumpserat) Epeus breui restituit. Tunq; gręci rati post malam pugnam troianos ulterius nihil hostile ausuros quieti ac sine terrore degere. PER IDEM tempus Rhesus de Eroneo genitus haud alienus a Priami amicitia pacto mercedis cum magnis thracum copiis aduentabat. Is incidente iam uespera paulisper moratus apud Oen insulamque anteposita ciuitati continenti eius adiungitur, secunda circiter uigilia ingressus troianos campos explicitis tentoriis ibidem opperiebatur. Quod ubi Diomedes atq; Vlyxes uigilias in ea parte curantes procul animaduertere, rati troianos a Priamo exploratum missos, arreptis armis, mox p̄sso gradu circumspitientes omnia pgūt ad eum: Tum fatigati ex itinere custodibus, & ob id somno p̄ssis, eosq; & interius progressi ī ipsis tētoriis regem īterfitiunt. Dein nihil ultra audēdum rati currum eius, & cum egregiis īsignibus equos ad naues ducūt. Ita reliquū noctis ī suis q̄sq; tabernaculis requiescētes trāsigūt: ac lucis principio reliquos duces cōueniunt, eos facinus ausum expletūq; docent: ac mox rati barbaros incensos cęde regis affore, iubent omnes frequētes apud arma agerē, oppeririq; hostē. Neq; multo post thraces expgefacti e somno regē īteremptū fœda ac miserāda fatie ītra tētoria aīaduerterē, & uestigia abducti currus manifesta fūt: rapiūt arma, ac sine ullis ordinib9 (utquēq; sors cōglobauerat) ad naues euolāt: qb9 pcul uisis nostri cōferunt īter se, atq; īperia seruātes eūt obuiā. Sed Aiaces

duo in aliquãtum atiem progressi primos thracũ inuadunt atq̃ cõprimunt. Dein reliqui duces (ut quisq̃ locum ceperat) cędere singulos, & ubi cõferti steterant, bini aut ãpli9 cõgregati ĩpetu suo dissoluerẽ: ac mox dispersos palãtesq̃ interficere, prorsus uti nullus reliqu9 cędis fieret. Ac statim grai extinctis quos aduersum ierãt signo dato ad tentoria eorum pergunt: ac illi qui custodes castris relicti soli super fuerant, uisis contra hostibus terrore ipso miserandum in modum effœminati: omnib9 omissis ad mœnia cõfugiũt. Tum undiq̃ uersis, nr̃i ĩgruẽtes, arma, equos, regias opes, & ad postremũ uti q̃cq̃ sors dederat, pręripiunt: hoc modo uictores grai deletis cum ĩperatore thracibus, honusti p̃da ac uictoria ad naues digrediuntur. Qum iterim troiani ex muris respectantes, neq̃ q̃cq̃ pro sotijs ausi ĩtra mœnia tñ trepidarent: barbari tot iam aduersis rebus fracti legatos indutias postulantes ad gręcos mittunt: ac mox nostris cõditionem approbantibus, interposito sacrifitio fidem facti firmauere. EODEM FERE tempore Chryses (quem sacerdotẽ smynthij Apollinis supra memorauim9) ad exercitum uenit actũ gratias sup his quę ĩse recepta filia a nr̃is benigne gesta erant: ob hęcq̃ tam magnifica, simul & q̃ Astinomen honorifice habitam cõgnouerat, reductã secũ Agamẽnoni tradit. Naq̃ multo post Philocteta cũ his qui partem p̃dę ad eum portauerãt lemno regreditur, ĩualido etiã tũ neq̃ satis firmo gressu. INTEREA cõciliũ gręcis agẽtib9 Aiax Telamoni9 ĩmediũ p̃gressus, docet oporterẽ mitti ad Achillẽ precatores, q eũ imperatorum uerbis atq̃ exercitus peterent, ut remitteret iras, ac repeteret solitã cũ

ſuis gratiam : minime quippe aſpernandum talem uirum;
nunc uel maxime qum ſecundis rebus gręci uel paulo ante
uictores ; non ob utilitatem ſed honoris merito ; gratiam
eius peterent: Inter quę deprecari etiam Agamemnonem
dare operam ; ſimulq; uoluntatem agendo negotio adhi-
beret: Namq; tali tempore incōmune ab omnibus conſul-
endum ; pręſertim procul a domo locis alienis atq; hoſtili-
bus : neq; enim inter tam grauia bella undiq; uerſis inimi-
cis regionibus q̃ concordia tutos fore. At ubi finem loquē
di fecit ; cuncti duces collaudauere conſilium uiri : ſimulq;
prędicātes ad cœlum tollerē ; ſcilicet ꝙ tū uirtute corporis ;
tum ingenio uniuerſos anteiret. Poſt quę Agamemnon
docere ſe ; & ante ad recōciliandum Achillem multos mi-
ſiſſe ; & nunc nihil aliud cordi eſſe : ac mox ipſum Vlyxē
atq; Aiacem orare ſuſciperent negotium ; atq; ad eum no-
mine omnium irent : maxime ꝙ Aiax congnatione fretus
impetraturus ueniam facilius credebatur. Igitur his oper-
am ſuam pollicentibus iturum ſe una Diomedes ſpōte ait.
His actis Agamemnon afferre hoſtiam littores iubet ; ac
mox ſublatam ſuper terram ; qum eā duo (quibus īperatū
erat) ſuſpenſam tenerēt: gladium uagina educit ; eoq; biſa
riam exciſam hoſtiam inconſpectu uti diuiſerat collocat:
Dein ferrum ſanguine oblitum manu retinens ; iter utrāq;
ſacri partem medius uadit. Interim Patroclus congnito
quod parabatur in cōcilium ſupuenit: At rex (ſicut ſupra-
diximus) tranſgreſſus adpoſtremum iurat inuiolatam a ſe
in eum diem manſiſſe Hippodamiam ; neq; cupiditate ul-
la aut deſiderio lapſum ; ſed ira ; quę plurima mala conficit:

his addit eousq; processisse cupere se preterea (si etiam ipsi
uideretur) filiarum quę cordi ei esset imatrimoniū dare:
decimamq; regni omnis, ac talenta quinquaginta doti ad-
iungit: Quę ubi accepere qui in concilio erant, admirari
magnificentiam regis, maximeq; Patroclus, qui cum obl-
atione tātarum opum, tum pręcipue lętus q intacta Hip
podamia affirmaretur, ad Achillē uenit, eiq; uniuersa gesta
actaq; refert. Dein ubi rex ea quę audierat uolutare ani-
mo ac deliberare secum ipse occepit: superuenit cum supra
dictis Aiax, tum ingressos eos ac benigne salutatos sedere
hortatur, iuxtaq; se Aiacem: qui tempus loquendi familia
riter & ob id liberius nactus, incusare atq; increpare, q in
magnis discriminibus suorum nihil iracundię remiserit, po
tueritq; cladem exercitus perpeti: qum multi eum genib9
deprecarentur. Post quem Vlyxes illa qdem deorum esse
ait: eorum aūt quę inconcilio acta essent ordine cōposito:
quę etiam Agamemnon pollicitus, quęq; iurasset, ad post
remum orat ne preces omnium, ne ue oblatas nuptias as-
pernaretur: moxq; eorum omnium quę una offerebantur
enumerationem facit. Tum Achilles longam orationē ex-
orsus, primū omniū gestaq; actaq; sua cōponere, ac dein ad-
monere quātas erūnas p utilitate omniū ptulerit, quas ci-
uitates agrestes ceperit, cūctis īterim requiescētib9 ipse ā-
xius, ac dies noctesq; bello intēt9: & qum nec militib9 suis
neq; sibi ipse parceret, apportatas nihilomin9 pdas īcōmu
ne solitū redigere: pro qs solum omniū se electū q tā īsingni
īiuria dehonestaretur: solū ita contēptū, a quo Hippodamia
tot laborum ptium p dedecus abstraheretur. Neq; ī ea culpa

soli

olum esse Agamēnonē, sed maxime ceteros grecos qui in memores benefitioꝝ, cōtumeliā suā silentio preterierint. Postq̄ finem loquendi fecit: Diomedes ait preterita omittenda sunt: neq̄ oportet prudentē meminisse transactoꝝ: qm̄ ea & si maxime cupias nequeas reuocar̄. Interea Phoenix & cum eo Patroclus circūstantes, genas, atq̄ omnem uultū iuuenis, manusq̄ adosculari: cōtinger̄ genua, rediret ī gratiā, atq̄ animos remitteret: cum pp p̄sentes qui eum oratum uenissent: tū precipue ob meritū dese exercitū reliquū. Igitur Achilles p̄sentia talium uiroꝝ, p̄cibus etiā familiarium ac recordatione īnoxii exercit9, tandem flexus ad postremū factuꝝ se que uellēt respōdit: Et hortatu Aiacis tum primū post malam iracundiā, grecis mixtus cōcilium ingreditur. atq̄ ab Agamēnone regio more salutatur. Interea reliquis ducib9 fauorē attolentib9, gaudio letitiaq̄ cōpleta cūcta sunt. Igitur Agamēnon manū Achillis retētās, cū eo & reliquos duces coenatū deducit: ac paulo post qum iterse īuitarētur, rex Patroclum que fiuit, ut Hippodamiā cū ornamētis que dederat ad tētoria Achillis deducer̄t: isq̄ libens mādata efficit. Ceteꝝ p id tēpus hyemis sepe greci atq̄ troiani singuli pluresue (ut sors euenerat) inter se sine ullo metu in luco tymbrei Apollinis miscebātur.

ARGVMENTVM, TERTII, LIBRI.

PER hyemem greci exercētur: Ciuitates fere totius asie a Priamo defitiunt: Achilles amore Polyxene incēditur: Dein cōmittit̄ prelium: plurimi cadūt: Achilles uulnerat̄: a Patroclo iterficitur Sarpedō. Inde Patroclus perimitur. Achillis luctus ex morte Patrocli. Idomeneus percutitur.

Hectorē prodeuntē obuiā Panthesileę secuꝝ, īter locoꝝ angustias, ex insidijs crudeliter Achilles necat: raptariq; ꝑ campum iussit. celebrātur certamina agręcis. Priamus cū Andromacha & Polyxena ad Achillem pro redemptione Hectoris deuenit: ibiq; cibum capit, multa ultro citroq; dicta: Inde Achilles Polyxenā oblatā cum patre remisit: Deniq; Priamus recepto Hectoris cadauere, ascēsoq; curru cum suis ad troiam regreditur.

INCIPIT, LIBER, TERTIVS, DICTYS, CRETENSIS.

INTERIM per totā hyemē dilato cōdicionibus itemp9 bello, gręci cuncta (quę itali otio militia poscebat) itenti aīo sūmis studijs festinabāt. Nāq; ꝓ uallo multitudo uniuersa uariis bellādi generib9 per duces populosq; īstructa, & ob id more optīo diuisis ad ostitia sua qbusq;, hic iaculis ad hastaꝝ īstar fabricatis, neq; pōdere aut mēsura īferiorib9. Et qbus ea nō erāt, ꝑustis sudib9 illi, hinc alij sagictis certātes īter se īuicē ad multū diē exercer̄: alij saxis utebātur. Sed īter sagictarios maxīe anteibāt Vlyxes, Teucer, Meriones, & Menelaus. Neq; dubiū quin inter hos tn̄ pręcelleret Philocteta, quippe Herculis sagictarum dominus, & destinata feriundi arte mirabilis. At troiani cū auxiliaribus & prioribus militię, neq; circa exercitum solliciti secordius agitare: ac sępe sine ullo insidiarum metu hi aut illi multis immolationibus tymbręo appolini supplicabant. Hisdem fere diebus nuntius apportatur uniuersas

prope asię ciuitates desciuisse a Priamo: atq; eius amiciti-
am execrari. Namq; facinoris exemplo suspectis iam per
uniuersos populos gentesq; circa hospitium omnib9, quis
rebus simulq; omnibus prelijs grecos uictores congnitũ:
& euersio multarum in ea regione ciuitatum in animis hę-
serat: adpostremum graue odium filiorum regniq; eius in
cesserat. AT APVD troiam forte quadam die Hecuba
supplicãte apollini, Achilles uolens uisere cerimoniarum
morẽ, cum paucis comitib9 supuenit. Erant p̃terea cũ He
cuba matrõę plurimę, cõiuges principaliũ filioꝝ ei9, parti
honorẽ atq; obsequium reginę tribuẽtes: reliquę tali obtẽ
tu pro se quęq; rogaturę supplicaturęq;: etiã Hecubę filię
ĩnuptę Polyxẽa, & Cassandra Mineruę atq; Apollinis ãti
stes nouo ac barbaro redimita ornatu, effusis hinc atq; ĩde
crinib9 p̃cabatur, suggerente ei Polyxena apparatũ sacri
ei9. At tum forte Achilles uersis ĩ Polyxenã oculis pulchri
tudine uirginis capit᷑: auctoq; ĩhoras desiderio, ubi anim9
nõ lenit᷑ ad naues discedit. Sed ubi dies pauci fluxerunt, &
amor magis ĩgrauescit: accito Autumedõte aperit ardorẽ
ãimi: adpostremũ petit uti ad Hectorẽ uirginis causa iret:
Hector uero datuꝝ se ĩmatrimoniũ mãdat, si sibi uniuersũ
exercitũ proderet. Dein Achilles solutuꝝ se omne bellum
Polyxena tradita pollicetur. Tum Hector aut prodition
em ab eo confirmãdam, aut filios Plisthenis, atq; aiaces ĩ
terficiendos: alioqn nihil de tali negotio se audituꝝ. Ea ubi
Achilles accepit, ira cõcitus exclamat, se eum qum primũ
tẽpus bellãdi foret, primo prelio ĩteremptuꝝ. Dein animi
iactatione sautius huc atq; illuc oberrans: interdum tamẽ

quaten9 pręſenti negotio utendum eſſet cõſultare. At ubi Autumedon iactare animo, atq; indies magis magiſq; ęſtuare deſiderio, ac pernoctare extra tentoria animaduertit, ueritus ne quid aduerſum ſe aut in ſupradictos reges moliretur: Patroclo atq; Aiaci rem cunctam aperit. Hiq; diſſimulato quod audierant, cum rege cõmorantur. Ac forte quodam tempore recordatus ſui, conuocatis Agamẽnoni & Menelao negotium ut geſtum erat deſideriumq; animi aperit: a quis omnib9 ut bono animo ageret reſpondetur: breui quidem dominum eum fore eius quam deprecando non inpetrauerit: Quę res eo fidem habere uidebatur, qm̃ iam ſumma reꝝ troianarum prope occaſum erat: omnes namq; aſię ciuitates execratę amicitiam priamidarum, ultro nobis auxilium ſotietatemq; belli offerebant: Quis a ducibus noſtris benigne reſpondebatur: ſatis ſibi eſſe p̃ſentium copiaꝝ, neq; auxiliorum egere: amicitiã ſane quã offerrent uoluntatẽq; eorũ fore gratam omnib9, ſcilicet qa fluxa fides & animi parũ ſpectati, neq; tam ſubita mutatio ſine dolo credebatur. Iamq; exactis hibernis menſib9 uer cœperat: qum grai edicto prius uti omnis miles ĩarmis eſſet: mox ſigno belli edito, exercitum per cãpos productũ ordinant, neq; a troianis ſegnius agebatur. Igitur ubi utrinq; acies inſtructę aduerſum proceſſere, atq; intra tęli iactum uentum eſt: cohortati ſuos quiſq; manus conſerunt, ĩmedio locatis equitibus & ob id primis cõgreſſis: Tumq; primum reges noſtri atq; hoſtium, aſcenſis curribus bellum ineunt, aſcito ſibi quiſq; auriga ad regendos equos. Sed primus omnium Diomedes inuectus Rheſi equis,

Pichecmum regem peonum hasta fronte ictum īterficit: Dein cęteros quos ob uirtutem rerum secum stipatores habuerat conglobatos inter se atq; ausos resistere, partim tęlo eminus fundit, alios curru per medios concitato humi obterit. Dein Idomeneus adhibito equis Merione, Agamanta thracum regem curru deijcit: ruentiq; tęlo occurrit, atq; ita interficit. Sed ubi Hector situs in parte alia medios suorum fundi accepit, dispositis satis strennuis ubi pugnabat, accurrit auxilio laborantibus Glaucum & Deiphebum & Polidamanta secum habens. Nec dubium quin deleta a prędictis regibus ea pars hostium foret: ni aduentu suo Hector nostros ulterius progredi, & fugere suos cohibuisset. Ita gręci prohibiti cęde reliquorum represso gradu aduersum eos qui superfuerant constitere: Ac mox congnito per uniuersum exercitum pręlio, in ea parte reliqui duces confirmati ubi quisq; pugnauerat, undiq; eo confluunt: densantur utrinq; acies, & pręlium renouatum est. Igitur Hector ubi plurimos suorum adesse, & satis tutum se intelligit, tollit animos. Dein clamore magno singulos suorum nomine appellans, confidentius in hostem pugnare hortatur: ac progressus intra atiē Diorē & Polixenum Helios satis inpigre pugnātes uulnerat. At ubi Achilles ita in hostem promptum animaduertit, simul subuēire his quos aduersū bellabat᷑ cupiēs: & memor pauloāte repulsę ī Polyxenā, cōtra tēdit: ꝓgressusq; ī medios, Philemonē paphlagonū regē īpedimēto sibi oppositū cōminus fūdit, nō alienū sāguinis priamidaꝝ ut ꝓhibebat᷑: Quippe hic etiā ex his q affines Agēoris originē ꝓpriā mēoria

repetebant: aquo etiam Amalizonem genitam postq̃ ad-
oleuerat deductam in matrimonium Dardani. Cęterum
Hector postq̃ ad se agmine infesto tendi recordat9 est, nõ
ulterius impetum uiri experiri ausus, ex atie subter fugit:
eumq; Achilles insecutus quantum aties hostium patieba
tur: adpostremum iaculat9 aurigam eius interficit. Postq̃
Hector per aliam partem relicto curru aufugerat, Deín
ereptum sibi e manibus inimicissimum omnium dolens,
rursus uehementius sęuire, extractoq; excorpore aurigę
tęlo fundere alios, ac frustratos qum alios iuaderet, de sup
proculcans obterere. Inter quę tam trepida cunctis fugien
tibus Helenus quęsitum exocculto locum uulneri ubi na-
ctus est mãum Achillis pręmissa sagicta transfigit. Ita uir
egregius (cuius aduentu territus fugatusq; Hector, multi
mortales cum ducibus extincti laniatiq;) ex occulto uulne
ratus eo die finẽ bellandi fecit. Interim Agamẽnon et cum
eo Aiaces duo ĩter cęteram stragem ignotorum, nacti pl-
urimos filorum Priami interfitiunt: Atq; Agamẽnon Ar-
sacum cũ Deiopete, Archemachum, Laudacum, & Phi-
lenorem: Aiax oilej et Telamonius Mulium, Astimenen,
Doriclum, Hippodamãta. At ĩ alia belli parte Patroclus
& lytius Sarpedon locati ĩ cornib9, nullis propinquorum
p̃sẽtib9 signo inter se dato solitarij certaminis, extra atiem
processere: Moxq; tęlis aduersum iactis, ubi uterq; ĩtactus
est, curru desiliunt, atq; arreptis gladijs pergũt obuiã: Iãq;
crebris aduersum se ictibus congressi, neq; uulneratus q̃sq̃
multũ diei cõsumpserãt. Tum Patrocl9 ampli9 audẽdum
rat9 colligit ĩarma sese, & cautius cõtect9, ĩgressusq; hostẽ

cōplectitur / manu dextra poplitem succidens: Quo uulne
re debilitatū atq; exectis neruis īualidū propulsat corpore /
ruentēq; interficit. Quod ubi animaduertere troiani q iux
ta steterāt / gemitū magno clamore tollunt: relictis ordi-
nib9 signo dato arma ī Patroclū cōuertūt / scilicet Sarpe-
donis īteritum publicam cladem rati: At Patrocl9 pręuiso
hostium agmine tęlum positum humi propere rapit / cōpo
situsq; inarmis audentius resistit: Tum ingruentē Deiphe-
bum hasta cominus tibiā ferit / atq; excedere ex atie cogit /
interfecto prius Corgatione fratre eius. Neq; multo post
aduentu Aiacis fusi reliqui: qum īterim Hector doct9 quę
acciderāt supuenit: ac mox cōuersam suorū atiē pro tēpore
restituit / increpitis ducib9 / ac plęrisq; ex fuga deductis: ita
pręsentia eius animi tolluntur / & pręliū incenditur. Tum
uero inclytis ex utraq; pte ducibus cōfirmato exercitu con
fligunt aties / nunc hinc nūc inde cedentib9 īstantes: & ubi
aties nutauerat pręsidijs accurrentib9. Interea utriusq; ex-
ercit9 cadūt plurimi: neq; fortuna belli mutaẗ. Sed postq̄
miles bello intentus p multum diem magis magisq; fatiga
tur / & diei uesper erat / utrisq; cupientib9 pugna decessum
est. Tum apud troiam circa Sarpedonis cadauer cūctis de-
flentib9 / ac p̄cipue fœminis luctu atq; gemitu oīa cōpleta
sunt. Quis nō alij casus acerbissimi / ne interit9 qdem pria
midaꝝ / p̄ desiderio eius cordi īsederat / tantū in eo uiro p̄si-
dium / & īterfecto spes ablata credebatur. At gręci īcastra
regressi primū omnium Achillē reuisunt / eumq; de uulnerē
pconctati: ubi sine dolore agere uident / lęti ad postremum
narrare occipiunt Patrocli fortia facta: Dein reliquos qui

uulnerati erant per ordinem circum eunt: ita inspectis om-
nibus ad tentoria sua quisq; digreditur. Interim Achilles
regressum Patroclum extollere laudib9. Dein monere uti
reliquo quoq; bello memor rerum quas gesserat, hostibus
uehemēti9 īgrueret: hoc modo nox cōsumit̃: ac lucis prin
cipio corpora suo℞ qsq; collecta igni cremāt, dei sepeliūt.
Sed postq̃ dies aliquot, triti & uulnerati cōualuerāt, arma
expedire & producere militem placet: Sed barbari more
pessimo neq; qcq̃ cōpositum, aut aliud q̃ turbata atq; īsidi-
osa cupientes, clam atq; ante temp9 egressi pręliū pręuer-
tere. Tumq; effusi ruinę modo, clamorē incōditū, simulq;
tęla ī hostes coniitiunt, semiermes etiā tū atq; icōpositos:
cęsi ita nr̄orum multi, īquis Archesilaus boetius, & Sche-
dius cryseo℞ uterq; duces optimi: Cęte℞ uulnerata pars
maxima: Meges etiā & Agapenor archadię. Inter quę tam
fœda, tātaq; īdignatione rerum, Patroclus fortunā ī incli-
natione belli adiicere aggressus, dum hortatur suos, atq; ī
stat hostibus, promptior q̃ bellandi mos est: tęlo Euphor-
bii ictus ruit: statiq; Hector aduolans eū opprimit, ac de-
sup uulnerib9 multis cōfodit: moxq; nitit̃ abstrahere p̄lio,
scilicet īsolentia gentis suę illudere cupiēs p uniuersa gene-
ra dehonestamēti. Quod ubi Aiaci cōgnitū est, relicto ubi
pugnabat propere accurrit, iāq; eripere cadauer occipiētē
proturbat hasta. Interim Euphorbius a Menelao & Aiace
altero sūmo studio circunuētus scilicet auctor interempti
ducis morte pœnas luit. Dein occipiente uespere pręlium
dirimitur, male & cū dedecore plurimis nr̄o℞ interfectis.
Sed postq̃ utrinq; reductę acies & iam ītuto miles noster

morationem faceret, ac p se deprecaretur: Cæterū (vt cognitum est) post Alexādri interitū inuisa ei apud troiā fuere omnia, desideratusq; ad suos reditus. Ac lucis initio quibus imperatū erat ad naues veniūt, decretū ciuium cūctis narrant. Itaq; cū quis ante ad cōfirmanda quę temp9 monebat secedunt: vbi qum multa de re publica ac sūma rerū disserenrent, volūtatēq; Helenę docent, veniāq; orāt. Et adpostremū confirmant inter se pditionis pactionē. Dein vbi tēpus visum est cū Vlyxe & Diomede ad troiā veniūt: cohibito Aiace ab Aenea scilicet ne qua īsidijs opprimeret talis vir, quem solum barbari nō secus q̄ Achillem metuebāt. Igit postq̄ duces gręcię in ciuitate conspecti sunt, cuncti ciues tollūt spe animos, existimātes finem belli atq; discordiarū. Itaq; propere senatus habitus: vbi nostris pręsentibus decernitur primū omniū Antimachū ex omni phrygia exulandū scilicet auctorem tanti mali. Dein super conditionem pacis tractari cœptū: inter quæ strepitus repente ex pergamo (vbi rex Priamus erat) clamorq; ingēs tollit. Quare turbati q in cōcilio erāt, foras repēte psiliunt, credētes insidias a regulis solito more fieri. Itaq; in templum Mineruę ppere concedunt: ac paulo post ex his qui ex arce descēderant, Alexandri filios quos ex Helena susceperat, casu desuper camerę extictos: hiq; erant Corinthus atq; Ideus. Quare concilio dilato duces nostri ad Antenorem abeunt: ibiq; acceptis epulis pernoctant. Præterea cognoscunt ab Antenore cōditum quondam oraculum a troianis, maximo exitio ciuitati fore: si palladium quod in templo Mineruę esset, extra mœnia

auferretur: Namq; id antiquissimum signũ cælo lapsum; qua tempestate Ilus templum Mineruę extruens prope summum fastigij peruenerat: ibiq; inter opera qum necdum tegmen superpositum esset; sedem sui occupauisse: idq; signum ligno fabrefactum esse: hortantibus dein nostris vti secum ad ea omnia eniteretur: facturum se quæ cuperent respondit. Atq; his prædicit publice se in concilio super æqualitatẽ eorum quæ postulaturi essent exercitum deserturum scilicet ne qua suspicio sui apud barbaros oriretur. Ita composito negocio cum luce simul Antenor ac reliqui proceres ad Priamum vadunt. nostri ad naues redeunt. Dein vbi iusta pueris Alexãdri facta sunt: post Ideus supradictos duces accitum venit. Quis præsentibus Lampus cæteriq; quorum consilium ꝓualebat multa disserere atq; docere ea quæ ante gesta essent temere & inconsulte non per se; quippe qui cõtempti despectiq; a regulis; arbitrio alieno agerent. Cęterum ꝙ arma aduersum græcos tulissent; non sponte factum: Namq; sub imperio alieno agerent: expectandum his atq; exequendum esse nutum eius qui teneat: ob quæ dignum esse græcos data venia consulere his qui semper auctores pacis fuerint. Cæterum a troianis ob male cõsulta satis pœnarum exactum. Dein multo hinc atq; inde habito sermone; ad postremum de modo premiorum agi cœptum. Tum Diomedes quinq; milia talenta auri; atq; argenti totidem optat: præterea tritici centena milia talentorum: eaq; per annos decem. Tum silentio habito; cunctis Antenor ait

non græcorum more agere eos aduersum se sed barbaro: Nam qum impossibilia postularent, palam facere, prætextu pacis bellum eos instruere. Cæterum auri atq; argenti tantum ne tum quidem priusq̃ in auxilia conducta dilaceraretur ciuitati fuisse: quod si permanere in auaricia vellent, superesse troianis vti clausis portis incensisq; intus deorum ædificiis, adpostremum idem cum patria exitium peterent: Contra Diomedes non ciuitatem vestram consideratum tãtum maris venimus, verum aduersum vos dimicaturi: Quocirca siue etiam nunc bellare in animo est, parati græci: siue (vt ais) igni dabitis Ilium, non prohibebimus. Quippe græcis affectis iniuria, quoquo modo vlcisci hostes suos finis est. Tum Panthus in proximum diem deliberandi veniam orat. Ita nostri ad Antenorem abeunt, atq; inde in templum Mineruæ. Interim cognoscitur in apparatu rerum diuinarum portentum ingens, namq; aris composita sacrorum consueta, mox subiectus ignis non comprehendere neq; consumere vti antea, sed aspernari. Quare turbati populares simul vti fidem nuncii noscerent, ad aram Apollinis confluunt, atq; ibi superpositis extorum partibus, vbi flamma admota est, repente cuncta quæ inerant disturbata ad terram decidunt. Quo spectaculo perculsis atq; attonitis omnibus, subito auis aquila stridore magno immittit sese, atq; extorum partem eripit, moxq; superuolans ad naues græcoꝝ ꝑgit: ibiq; raptũ omittit. id vero barbari non tñ leue aut in obscuro, sed palã ꝑniciosũ credere. Inte

rim Diomedes cum Vlyxe dissimulantes quæ gerebãtur obambulare in foro circũspicientes laudantesq; prçclara operum ciuitatis eius. At apud naues auspicio tali motis omnium animis, Calchas vti bonum animũ gererent hortatur: breui quippe dominos fore eorum quç apud troiã essent. Cæterum Hecuba re cognita placatum deos egreditur, & prçcipue Mineruã atq; Apollinem, quis tum dona multa victimasq; opimas admouet: sed in adolẽdo quç sacrariis reddebant̃, eodẽ modo restingui ignes ac repente interire visi. Inter quç tam sollicita Cassandra deo plena victimas ad Hectoris tumulum transferri inferriq; iubet: Deos quippe aspernari iam sacrificia, indignatos ob cõmissum paulo ante scelus in Apollinem: Ita tauris q immolati erant ad rogum (sicuti imperatũ est) apportatis, moxq; igne subiecto consumũtur cuncta. Inde vbi iã vesp erat domũ discessum est. Atq; eadẽ nocte Antenor clam in templum Mineruç venit, vbi multis precib9 immixtis, theano (quç ei templo sacerdos erat) impulit, vti palladium sibi traderet, habituram nãq; magna eius rei p̃mia. Ita perfecto negocio ad nostros venit, hisq; ꝓmissum offert. Id grçci velo obuolutũ bene, quo ne intelligi a quoq̃ possit, vehiculo ad tẽtoria Vlyxis per necessarios fidosq; suos remittunt. At lucis principio postq̃ senatus coactus, & nostri ingressi sunt: Antenor veluti iracundiam græcorum metuens, veniam orare eorum quæ aduersum eos ꝓ patria exercitus disseruisset. Dein Vlyxes non se his moueri neq; indignari: sed ꝙ finis in tractãdo nõ adhiberet̃: maxime qum oportunum tempus breui prçteruolet. Tũ

multo inuicem habito sermone, ad postremum binis milibus talentorum auri atq; argenti rem decidunt. Quod vt ad suos referrent græci ad naues abeunt: vbi conductis ducibus cuncta dicta gestaq; exponunt. palladium ablatum per Antenorem docent: Dein ex omnium sententia reliquus miles rē cognoscit: ob quę placet vniuersis mitti Mineruę donum q̄ honoratissimum. Tum accit9 ad eam rem Helenus cuncta quę clam gesserant non secus q̄ si af fuisset ordine exponit: additq; finem iam aduenisse troianarum rerum. Quippe quo maxime sustentaretur summa ciuitatis palladium fuisse, quo ablato exitium ingruere. Cæterum donum Mineruę fatale troianis esse equum ligno fabrefactum forma ingenti, cuius magnitudine muri soluendi essent: annitente atq; ministro Antenore: dein recordatus parentem Priamum, residuosq; fratres, fletum edit miserabilem, consternatusq; per dolorem atq; stupefactus ruit. Tum Pyrrhus collectum eum refectūq; animi ad se ducit, custodesq; addit, veritus ne qua per eū hostibus quę gesta erant patefierent. Quod vbi Helen9 persensit, Pyrrhum vti bonum animum gereret hortat̃ securum sui secretorumq;. Namq; se cum eo etiā post patrię excidium multis tempestatibus in gręcia moraturū. Itaq; vti Heleno placuerat, multa materies quę apta huiusmodi fabricę videbatur per Epeum atq; Aiacem oilei aduecta. Interim firmatores pactę pacis ad troiam eunt decem lecti duces Diomedes, Vlyxes, Idomeneus, Aiax telamonius, Nestor, Meriones, Thoas, Philocteta, Neoptolemus, atq; Eumelus: Quos vbi in foro animaduer

tere populares, lęti animos tollunt, finem iam erumnarū credentes. Itaq; singuli pluresve uti quisq; occurrerat benigne adeunt salutantes gratulantesq; exosculantur. Tū Priamus pro Heleno orare gręcos multisq; adhibitis precibus commendare charissimum sibi, & inter cęteros dilectum magis propter prudentiam. Dein vbi tempus visum est, conuiuium publice cœptum est in honorem ducum, scitęq; pacis, Antenore deseruiēte græcis atq; omni modo benigne exhibente cuncta. At lucis initio senes oēs in ędem Mineruę conueniunt, in quibus Antenor refert missos a gręcis super conditionibus prędictę pacis decem lectos viros: quos vbi duci in senatum placuit, & dextræ inuicem datę atq; acceptę sunt: decernunt inter se vti proximo die campi in medio, atq; in ore omnium aras statuant, in quis fidem pacis iurisiurādi religionibus firmarēt. Quis perfectis Diomedes atq; Vlyxes iurare occipiunt permansuros se in eo quod sibi cum Antenore conuenisset, testesq; in eam rem iouem summum, terramq; matrē, solem, lunam, atq; occeanum fore. Dein excisis in partes duas hostijs, quę ad eam rem admotę erant, ita vt pars ad solem: residuum ad naues spectaret: per medium transeunt nostri, Antenor in eadem verba placitum confirmat. Ita perfecto negocio ad suos quisq; abeunt. Cæterū barbari Antenorem summis laudibus efferre: aduenientemq; singuli quasi deum venerari: Solum quippe omnium credere auctorem pacis ei9, ascitęq; cum gręcis amicitię: Ita sopito iam inde bello passim vti quisq; partium voluerat: nunc græci cū troianis, rursusq; hi apud naues amice age-

re. Interim vbi fœdus interuenerat, cũcti barbari, sotiiq; qui in bello residui erant gratulantes interuentu pacis ad suos discedunt, neç opperiẽtes quidem premia tantorum discriminum atq; erumnarum, scilicet veriti ne qua pacti fides apud barbaros dissolueretur. Interim apud naues (vti Heleno placuerat) equus tabulatus extruitur per epeum fabricatorem eius operis, cuius editio in immensum, ima quę sub pedibus erant rotis interpositis suspenderat, scilicet q a tractu motus facilior foret: vnde offerre donum Mineruę maximum omnium sermone agitabatur. Cęterum apud troiam auri atq; argenti prędictũ pondus per Antenorem atq; Aeneam summo studio in ędem Mineruę portabatur. Et græci (postq̃ auxilia sotiorum dimissa cognitum est) impẽsius barbarorum interfectos aut vulneratos venerati, quo magis sine vlla discordiarũ suspitione apud hostes forent: Dein equum compactum a fabro confixumq; ad muros mouent. Erat nunciatum troianis vt cum religione susciperent, Mineruæ scilicet sacrum dicatumq;. Quare magna vis hominũ portis egressa, summa lęticia sacrificioq; donum excipit, attrahitq; ꝓpius mœnia: sed postq̃ magnitudine operis impediri per portam ingressum aĩaduertere: cõsiliũ destruendoꝝ desuper muroꝝ capiunt, neq; quisq̃ secus prę tali studio decernebat. Ita inuiolatũ multis tẽpestatib9 murorũ opus, neptuniq; vt ꝑhibebatur atq; apollinis maxima monumẽta nullo delicto ciuium manibus dissoluũtur. Sed postq̃ maior pars operis eius deiecta est: consulto a gręcis intercessum, confirmantibus non se passuros intra mœnia duci

equum priusq̄ prędicti pondus auri atq; argenti suscipe-
rent. Ita intermisso opere semiruptisq; muris, Vlyxes cū-
ctos ciuitatis eius artificis ad reficiendas naues conducit:
Composita dein vniuersa classe, vbi cūcta nauigijs instru
cta, & premiū persolutum est: iubent nostris peragerent
cœpta. Itaq; destructa muroꝝ parte: tamē incolæ ciuesq;
induxere equum fœminis iter se atq; viris certatim attra-
here festinantibus. Igitur gręci vbi cuncta nauibus impo
sita sunt, incensis omnibus secedūt, ibiq; noctem opperiū
tur: fessis dein vino multoq; somno barbaris, quę vtraq;
per lęticiam securitatemq; pacis interuenerant, multo si-
lentio ad ciuitatem nauigant, seruātes signum, quod igni
elato Sinon ad eam rem clam posit9 tulerat. Moxq; oēs
postq̄ intrauerūt mœnia, diuisis inter se ciuitatis locis, vbi
signum datum agnouere, cędere eos quos sors obiecerat,
atq; obtruncare passim per domos atq; vias, loca sacra,
atq; profana. Et si qui persenserant, priusq̄ armari, aut
aliquid per salutem caperēt, opprimere: prorsus nulla re-
quies stragis atq; funerum: qum palam & in ore suorum
liberi parentesq; magno inspectantium gemitu necaren-
tur: moxq; ipsi qui spectaculo charissimorum fuerant, mi
serandum in modum interirent. Neq; segnius per totam
vrbē incendijs gestiunt: positis prius defensoribus domui
Aeneæ atq; Antenoris. INTERIM PRIAMVS RE
cognita ad arā Iouis anteædificiaꝛ confugit: multiq; ex eo
loco ad reliqua deoꝝ tēpla: in qs Cassādra ī ędē Mineruę.
Sed postq̄ vniuersos q in man9 venerāt fœde atq; inultos

obtruncauere: occipiēte luce domum in qua Helena erat ingrediūtur: Ibi Menelaus Deiphebum (quem post Alexandri interitum Helenę matrimoniū intercepisse supra docuimus) exectis primo auribus, brachiisq; ablatis, dein narib9: ad postremū truncatū omni ex parte fœdatūq; summo cruciatu necat. POST quę Priamum Neoptolemus sine vllo ætatis honorisq; delectu retinentem vtraq; manu aram iugulat. Cæterum Cassandram Aiax oilei ex sacro Mineruę captiuam abstrahit. Hoc modo consumptis cum ciuitate barbaris, deliberatione inita super his q deorum matris auxilium vitę implorauerant: decretumq; vti per vim auulsi necarētur, tantus dolor iniurię, & ob id studium extinguendi nominis troiani incesserat. Ita comprehensi qui cruciatum edicti nostri subterfugerant, trepidanter ac vice pecorum interficiūtur. Dein more belli per tēpla ac semiustas domos populatio rerum omnium: ac per dies plurimos ne qs hostiū euaderet, studium inquirendi. Interim ad conseruandam auri atq; argēti materiā oportuna loca destinant: & alia ob pręciosam vestē. Igit̃ vbi satias troiani sanguinis tenuit, & vrbs incendiis complanata est: initiū soluendę per predā militię capiunt. primo a captiuis fœminis, puerisq; adhuc ībellibus. Itaq; ex his prima oīum Helena sine sorte Menelao conceditur. Dein Polyxena suadente Vlyxe per Neoptolemū Achilli inferias missa. Agamemnoni Cassandra dat̃, postq̄ forma eius captus quin palam desiderium fateretur dissimulare nequiuerat. Aetram & Clymenam Demophoon & Achamas habuere. Reliquorū sors agi cœpta: atq; Neo

ptolemo Andromacha euenerat, adiunctis etiam eius fi-
liis in honorem tanti ducis. Vlyxi Hecuba obuenit. Ha-
ctenus nobilium fœminarum cessere seruitia. Alii quam
sors obtulerat predã, aut ex captiuis quantũ pro merito
distribuebatur habuere. Interim super palladium ingens
certamen inter se ducibus exortum. Aiace telamonio po-
stulante id munus sibi pro his quę in singulos vniuersosq;
virtute atq; industria contulerat. Quare coacti pœne oẽs
(vti ne læderetur animus tanti viri: cuius pręclara facino
ra vigiliasq; pro exercitu in animo retinebant) concedũt
Aiaci: contradicentibus solis omnium Diomede atq; Vly
xe: sua quippe opera id ablatum, contra insinuantibus:
Aiax, non labore aut virtute eorum rem gestam, Anteno
rem namq; contemplatione communis amicitię abstulis-
se. Tum Diomedes honori eius per verecundiam conce-
dens certamine destitit. Igitur Vlyxes cum Aiace summa
vi contendere inter se atq; inuicem industrię meritis expo
stulare, annuentibus Vlyxi Agamemnone & Menelao,
ob seruatam pauloante opera sua Helenam: Namq; post
captum Ilium Aiax recordatus eorum quę tantis tempe-
statibus propter mulierem perpessi expertiq; essent, pri-
mus omnium interfici eam iusserat. Iamq; omnib9 appro
bantibus consilium Aiacis multis bonis: Menelaus amo-
rem coniugii etiam tunc retinens, singulos ambiẽdo orã-
doq;, ad postremum perfecerat, vt intercessu Vlyxis He
lena incolumis sibi traderetur: ob quę veluti iudicio am-
borum merita spectantes, (qum etiã nunc bellum in ma
nibus, atq; hostiles multę nationes circumstreperent, nul

lo delectu virorum fortium / ſpretiſq; Aiacis tot egregijs facinoribus (ac frumēti quod ex thratia aduexerat per totum exercitum diſtributione) Vlyxi palladium tradunt. Quare cuncti duces qui memores virtutis Aiacis nihil ei præferendum cenſuerant / quiq; ſecuti gratiam Vlyxis impugnauerant talem virum / ſtudio in partes diſcedunt. Interim Aiax indignatꝰ / & ob id ictus dolore animi / palam atq; in ore omnium vltionem ſe ſanguine eorum / quis impugnatus eſſet / exacturum denunciat. Itaq; ex eo Vlyxes Agamemnon & Menelaus cuſtodiam ſui augere: & quo tutiores eſſent ſumma ope inuigilant. At vbi nox aderat deſcedentes vno ore lacerare vtrumq; regem / neq; abſtinere maledictis: quippe quis magis libido deſideriumq; in fœminis / q̃ ſumma militiæ potiora forent. At lucis principio Aiacem in medio exanimē offendunt: perquirenteſq; mortis genus animaduertere ferro interfectum: inde ortus per duces atq; exercitus tumultus ingens / ac dein ſeditio breui adulta: qum ante iam Palamedem virum domi belliq; prudentiſſimum: nunc Aiacem inclytum tot egregijs pugnis / ac vtroſq; inſidijs circumuentos ingemiſcerent: Ob quæ ſupradicti reges veriti ne qua vis ab exercitu pararetur / intus clauſi firmatiq; per neceſſarios manent. Interim Neoptolemus aduehens mari ligna Aiacem cremat: reliquijs vrnæ aureæ conditis in Rhetęo ſepeliendis procurat: breuiq; tumulum extructum conſecuit in honorem tanti ducis: Quæ ſi ante captum Ilium accidere potuiſſent / profecto magna ex parte

promotę res hostium, ac dubitatum de summa rerū fuisset. Igitur Vlyxes veritus vim offensi exercitus clam mari offugit: atq; ita palladiū apud Diomedem manet. Cęterum mox abscessu Vlyxis Hecuba, quo seruitiū morte absolueret, multa ingerere maledicta, imprecariq; infausta oīa in exercitū. Quare motus miles lapidibus obrutā necat, sepulchrumq; apud abydum statuit, appellaturq; cynossenia, ob linguę ꝓteruiam, impudentēq; petulantiā. Per idem tēpus Cassandra deo repleta, multa in Agamēnona aduersa pronūciat: Insidias quippe ex occulto cędemq; domi per suos compositam. Præterea vniuerso exercitui profectionem ad suos incōmodam exitialēq;. Inter quæ Antenor cum suis, græcos orare omitterent iras: atq; vrgente nauigii tempore in cōmune consulerent. Pręterea omnes duces ad se epulatum deducti sunt. ibiq; singulos q̃ maximis donis replet. Tum gręci Aeneę suadent vti secum in gręciam nauiget. Ibi nāq; ei simile cum cæteris ducibus ius, regniq; eandem potestatē fore. Neoptolemus filios Hectoris Heleno concedit. Pręterea reliqui duces auri atq; argenti quantū singulis visum est. Dein consilio habito decernit͛ vti per triduū funus Aiacis publice susciperet͛. Itaq; exactis diebus cūcti reges comas tumulo suo deponūt: Atq; exin cōtumeliis Agamēnonem fratremq; agere: eosq; non Atrei sed Plisthenidas, & ob id ignobiles appellare. Quare coacti simul (vt odium sui apud exercitum per absentiā leniret͛) orant vti sibi ire e cōspectu eorum sine noxa concederēt. Itaq; cōsensu omniū primi nauigant deturbati expulsiq; a ducibus. Cæterum Aiacis fi-

lii Achantites Glauca genit9, atq; Eurisathes ex Tegmes
sa, Teucro traditi: Dein greci veriti ne p morã interuentu
hyemis, (quę iã ingruebat) a nauigãdo excluderent: de-
ductas in mare naues, remigib9 reliqsq; nauticis instrumẽ
tis cõplẽt. Atq; ita cũ his quę singuli pręda multoꝝ anno-
rũ quęsiuerãt excedũt. Aeneas apud troiam manet: q post
grecoꝝ pfectionẽ, cũctos ex dardania atq; ex pxima pe-
ninsula adit, orat vti secũ Antenorẽ regno exigerẽt. Quę
postq̃ preuerso de se nũcio Antenori cognita sunt, regredi
ens ad troiã impfecto negocio aditu phibet. Ita coactus
cũ oi patrimonio a troia nauigat: deuenitq; ad mare adria
ticũ: multas eni gẽtes barbaras secũ trahẽs pœne victus:
ibiq; cõstituit cũ his q secũ nauigauerãt ciuitatẽ appellatã
Corcyrã melenã. Cęterũ apud troiã postq̃ fama plata est
Antenorẽ regno potiri: tum cũcti q bello residui noctur-
nã ciuitatis cladẽ euaserãt, ad eũ cõfluũt: breuiq; ingẽs co
acta multitudo, tãt9 amor erga Antenorẽ, atq; opinio sa
pientię incesserat, fitq; prĩceps amicitię ei9 rex crebenoꝝ
œnide9. HAEC ego gnosi9 Dictes comes Idomenei cõ
scripsi, orõne ea, quã maxime iter diuersa loquẽdi genera
cõseq ac cõphẽdere potui lrís punicis a Cadmo Danaoq;
traditis. Neq; sit mirũ cuiq̃, si q̃uis gręci oẽs, tñ diuerso in-
ter se serm one agũt, qũ ne nos quidẽ vni9 eiusdẽq; insulæ
simili lingua sed varia pmixtaq; vtamur. Igit ea q̃ in bello
euenere grecis ac barbaris, cuncta sciẽs ppessusq; magna
ex parte memorię tradidi: De Antenore eiusq; regno q̃ au
diui rettuli: nunc reditum nostrorum narrare libet.

ARGVMENTVM SEXTI ET VLTIMI LI

BRI DICTYS CRETENSIS.

EVERSA troia gręcorꝝ prícipes phrygiis opib9 ditati, qum in patriã nauigarent, alii vastis ꝓcellis sunt obruti, alii turpiter alio casu occubuerunt. Aiax oilei scopulis euboicis cum suis naufragat. Naupli9 vxores armat in viros. Agamẽnon interficit. Diomedes regno expellit. Demophoon ab atheniensibus nõ recipit. Cõsiliũ apud corinthum. Idomeneus receptus a suis mittit auxilia Oresti cõtra Aegisthũ. Clytẽnęstra cum Aegistho interficit. Menelaus petiit cretã. Teucer expellit a patre. Orestes purgat crimine cędis. Hermione denubit Oresti: Vlyxes peruenit ad lestrigonas, siciliãq; inde ad circẽ, syrenas, atq; Alcinoum: deinde interficit ꝓcos. Castitas Penelopes. Idomeneus morit, cui Meriones succedit. Multa describunt digna scitu, vt de nuptiis Thetidis & Pelei: Deq; Neoptolemi atq; Vlyxis morte.

LIBER SEXTVS ET VLTIMVS DYCTIS CRETENSIS DE REDITV GRAECORVM.

POSTQVAM impositis quę singuli bello quęsierãt ascẽdere ipsi: solutis anchoralibus nauigãt. Dein a puppi secundãte vẽto paucis diebus ꝑuenere ad ęgeũ mare: vbi multa imbribus vẽtisq; & obsęuiente mari indigna experti, passim vt sors tulerat dispalant: in quis locrorꝝ classis turbatis per tẽpestatẽ offitiis nautarũ, & inter se implicatis, adpostremum fulmine cõminuta & incensa est. At rex locrorꝝ Aiax postq̃ natando euadere naufragium enisus est: reliqui per noctem tabulis aut alio ex naufragio le

uamine fluitantes, vbi ad eubœam deuenere, cheradibus scopulis appulsi pereunt: Eos namq3 re cognita Nauplius vltum ire cupiēs Palamedis necem, per noctem igni elato ad ea loca deflectere tamq̄ ad portū coegerat. Per idē temp9 Oeax Nauplij filius Palamedis frater cognito grę cos ad suos remeare, argos venit. ibi Aegialem atq3 Clytē nęstram falsis nūcijs aduersū maritos armat, prędicit ducere eos secum vxores ex troia pręlatas his: prętérea adde re ea quibus mobile suapte natura ingeniū muliebre magis aduersum suos incēderetur. Ita Aegiale aduenientem Diomedē per ciues aditu ꝓhibet. Clytęmnestra p Aegistum adulterū sibi cognitum, Agamēnonē insidijs capit, eum q3 īterficit: breui q3 denupta adultero Erigonen ex eo edit. Interim Talthibi9 Horestē Agamēnonis filium manibus Aegisti ereptum Idomeneo tradit, qui tum apud corinthum agebat. Eo, Diomedes expulsus regno, & Teucer ꝓhibitus salamine a Telamone, scilicet q fratrem insidijs circumuētum nō defendisset, couueniunt. Interī Netheus cum Aetra & Clymena filia eius ab atheniensibus recipiunt: Demophoon atq3 Achamas foris manent. Cæterum vbi plures eorum qui mare insidiasq3 suorum euaserant, apud Corinthum fuere, consilium habent, vti iuncti inter se singula aggrederent regna, bello aditū ad suos patefacerēt: eā rē Nestor ꝓhibet, suadēs tētandos pri9 ciuiū aīos, neq3 cōmittēdū vti p seditionē gręcia oīs ītestinis dis cordijs corrūperet. Neq3 mlto post cognoscit Diomedes ętholiā, ab his q p absētiā ei9 regnum īfestabāt, eo noīe multis modis afflictari: ob q̄ ꝓfectus ad ea loca oēs quos

adiutores iniurię repperit interficit | metuq̧ oĩbus circũ locis iniecto facile a suis recept9 est. Inde p oẽm gręciã fama orta suos qsq̧ reges accipiũt: sũmã in his q apud troiã bellauerãt virtutẽ | neq̧ ĩ resistẽdo cuiusq̃ vires satis idoneas existimãtes. Ita nos quoq̧ cũ Idomeneo rege cretã patriũ solũ | sũma gratulatione ciuiũ remeauim9. Dein vbi Horestes transactis pueritię annis officia viri exeq cœpit: Orat Idomeneũ vti secũ ex ea insula q̃ plurimos mitteret: Cupere nãq̧ se athenas nauigare. Itaq̧ collecto numero eorũ quos idoneos credebat | athenas venit: auxiliũ ab his contra Aegisthũ orat: Dein oraculũ adiȷt: respõsum refert vti matrẽ | & cũ ea Aegisthũ ĩterficiat: ęquũ fore vti regnũ patriũ reciperet: huiusmodi numine armat9 cũ p̃dicta manu ad Strophũ venit: Is nãq̧ phocẽsis cui9 filia ĩ matrimoniũ Aegisthi denupserat | indignatus q spreto cõiugio priore Clytẽnęstrã supduxerat | & regẽ omniũ Agamẽnonẽ interfecerit | vltro ei auxiliũ aduersũ inimicissimũ obtulerat: Ita cõspirati inter se cũ magna manu mycenas veniũt: statiq̧ Aegisth9 aberat | primo Clytẽnęstrã interficiũt: multosq̧ alios q resistere ausi erãt. Dein cognito Aegisthũ aduẽtare ĩsidias ponũt | eũq̧ circũueniũt. Inde p oẽm argiuorũ populũ dissẽsio aĩoꝝ exorta | ꝙ diuersa ĩter se cupiẽtes | adpostremũ in partes discederẽt. Per idẽ tẽp9 Menelaus appulsus cretã cũcta sup Agamẽnone regnoq̧ ei9 cognoscit. Interea p oẽm ĩsulã postq̃ cognitũ erat Helenã aduenisse | multi vndiq̧ viril' ac muliebris sex9 cõfluũt | ambientes dignoscere | cui9 gr̃a orbis pœne oĩs ad bellũ cõspirasset. Vbi ĩter cętera Menela9 refert Teucrũ expulsũ patria

ciuitate, apud Cyprũ salaminã noĩe cõdidisse: multa etiã apud ęgyptum mirãda refert: & Canopi gubernatoris sui (q ibi morsu serpentis pierierat) extructũ magnificũ mo numẽtũ. Dein vbi tẽp9 visũ est mycenas nauigat: vbi multa aduersũ Orestẽ molit9, adpostremũ multitudine popu lariũ cohibit9, ab eo quod cœperat negocio destitit: inde placet cũctis Horestẽ sup eo facinore causam dicere apud atheniẽses, vbi ariopagitaꝝ iudiciũ seuerissimũ p oẽm gręciã memorabat: apud quos dicta causa iuuenis absoluit. Erigona (quę ex Aegistho edita erat) vbi frẽm absolutũ intelligit, victa dolore ĩ modico, vita ĩteriit. Meneste9 liberatũ Orestẽ parricidii crimine, purgatũq; more pr̃io cũctis remediis quę ad obliuionẽ huiusmodi facinoris adhiberi solita erant, mycenas remittit: ibiq; regnũ ei cõcessũ. Dein trãsacto tp̃e accitu Idomenei Cretã venit: neq; multopost Menela9, vbi multa ĩ patruũ seuere p eũ ingesta, q sibi p dissensionẽ populariũ multis modis periclitãti ipse etiã insidiat9 eẽt, adpostremũ intercessu Idomenei vterq; recõciliat9, inde lacedęmoniã discedit. ibi Menela9 sicut cõuenerat Hermionẽ Oresti ĩ mr̃imoniũ despõdit. PER IDEM tẽp9 Vlyxes Cretã appulsus ẽ, duab9 phœnicũ nauib9 mercedis pacto acceptis. Nãq; suos cũ sotiis atq; oĩbus quę ex troia habuerat p vim Telamonis amiserat, scilicet ĩfesti ob illatã p eũ filio necẽ: vix ipse liberat9 ĩdustria sua, pcũctãtiq; Idomeneo qb9 ex causis ĩ tãtas miserias deuenisset, erroris initiũ narrare cœpit: Quo pacto appuls9 zimarũ multa ide p bellũ q̃sita pręda nauigauerit: appulsusq; ad lotophagos, atq; aduersus fortunã deuenerit ĩ si-

ciliā|vbi p cyclopa atq; lestrigona fr̄es multa indigne exp̱tus| adpostremū ab eoꝵ filijs Antiphate & Polyphemo plurimos socioꝵ amiserit. Dein p̱ oīa Polyphemi ī amicitiā recept9| filiā regis Arenen postq̄ Helpenoris sotij ei9 amore depibat|rapere conat9|vbi res cognita ē|interuētu parētis|puella ablata p̱ vim exact9 p̱ Aeoli īsulas deuenit ad Circen:atq; inde ad Calipso vtrāq; reginā insulaꝵ: In qs morabanť & qbusdā illecebris aīos hospitū ad amorē sui alliciētes subuertebāt. Inde liberat9 puenerit ad eū locū in quo exhibitis qbusdā sacris futura defūctoꝵ aīs dignoscerenť. Post quę appulsus syrenarū scopul'| vbi p industriā liberat9 sit. Adpostremū inter syllā & Charibdim mare sęuissimū|& illatas sorbere solitū plurimas nauiū cū socijs amiserit. Ita se cū residuis ī man9 phœnicū p̱ maria prędātiū incurrisse atq; ab his p misericordiam reseruatū. Igiť vti voluerat|acceptis a rege nr̄o duab9 nauib9|donatusq; multa p̄da|ad Alcinoū regē pheacū remittiť. Ibi ob celebritatē noīs p̱ mltos dies benigne accept9| cognoscit Penelopen a triginta illustrib9 viris|diuersis ex locis ī matrimoniū postulari:hiq; erāt a zacyntho|echinadib9| leucadia|ithaca:ob quę multis p̄cib9 p̱suadet regi vti secū ad vindicādā mr̄imonij iniuriā nauigaret. Sed postq̄ deuenere ad eū locū paulisp̱ occultato Vlyxe| vbi thelemachū rē quę parabať edocuere:domū ad Vlyxē clā veniunt. Ibiq; vino multo atq; epulis repletos iā p̱cos ingressi iterficiūt. Dein p ciuitatē Vlyxē aduētasse popularib9 cognitū est: a qs benigne & cū fauore except9|cuncta quę domi gesta erāt cognoscit:aut supplitijs meritos|aut donis afficit|de

Penelope eiusq; pudicitia preclara fama: neq; multo post precibus atq; hortatu Vlyxis Alcinoi filia Nausica Telemacho denubit. PER IDEM tps Idomene9 dux noster apud cretã interijt: tradito p successionẽ Merioni regno. & Laerta triennio postq̃ filius domũ redijt vitę finẽ fecit. Telemacho ex Nausica natũ filiũ Vlyxes Ptoliportũ appellat. Dum hęc apud Ithacã gerunt Neoptolem9 apud molossos naues quassas tẽpestatib9 reficit: atq; ide postq̃ cognitũ est ab Acasto expulsũ regno Pelea: vltũ ire cupiẽs iniurias aui: primũ exploratũ duos q̃ fidissimos & incognitos illis locis Chrysippũ & Aratũ thessaliã mittit: hiq; cũcta quę gerebãtur insidiasq; ei paratas p Acastũ: ab Ascãdro nõ alieno Pelei cognoscũt: Is nãq; Ascãdr9 iniqtatẽ tyrãni euitãs ad agrũ pelei cõcesserat: notusq; adeo eius domus: vti iter cętera: originẽ etiã nuptiarũ Pelei cũ thetide Chironis filia Chrysippo atq; Arato narrauerit: Qua tẽpestate multi vndiq; reges acciti domũ Chyronis iter ipas epulas nouã nuptã nouis ac magnis laudib9 veluti deã celebrauerant: parẽtem ei9 Chyrona: appellantes Nerea: ipsãq; Nereidã: vt qsq; eoꝝ regũ q cõuiuio iterfuerãt: choro modulisq; carminũ p̃ualuerat: ita apollinẽ: liberũve: & ex fœminis plurimis musas cognominauerãt: vñ ad id tps cõuiuiũ illud deoꝝ appellatũ est. Itaq; vbi cũcta q̃ euoluerãt cognouere: ad regẽ redeũt: eiq; singula p ordinem narrãt: ob q̃ coact9 Neoptolem9 aduerso mari: & multis regionis ei9 ꝓhibẽtib9 classem exornat: ascẽditq; ipse. Dein sęuitia hyemis multũ mari fatigatus: appulsusq; ad sepianũ litt9 (quod ꝓpter saxoꝝ difficultatẽ nomẽ huiusmodi

quę ſiuerat) oẽs fere naues amittit, vix ipſe cũ his q in eodẽ nauigio fuerãt liberat9: ibi pelea auũ repperit occultatũ ſpelũca abdita & latebroſa, vbi ſenex vim atq; inſidias Acaſti euitãs aſſidue nepotis deſiderio nauigãtes, & ſi qui forte eo appulſi eſſent ſpeculari cõſueuerat. Dein vbi cuncta dom9 fortunarũq; edoct9 eſt, cõſilium aggrediẽdi hoſtis inire occipit: qum forte cognoſcit filios Acaſti Menelippũ & Pliſthenen venatũ pfectos, dein veniſſe ad ea loca: itaq; mutata veſte iocũ ſimulãs iuuenib9 offert ſe: hiſq; cupitũ ſuũ interitũ refert: ob quę iũct9 his venãdo, vbi ſeorſum a cęteris Menalippũ videt, eũq; ac paulopoſt frẽm eius inſecut9 interficit: ad quoꝝ inqſitionẽ ſeru9 qdã Cyrmas noĩe pq̃fidus pfectus, in manus iuuenis deuenit: cõprehẽſuſq; Acaſtũ affore nũciat, atq; ita occidit. Itaq; Neoptolem9 mutata veſte phrygia tamq̃ filius Priami Miſtor q captiuus cũ Pyrrho ad ea loca nauigauerat, Acaſto obuiam venit, eiq; quiſnam eſſet, & Neoptolemũ in ſpelunca fatigatum nauigio ſomnoq; iactat: ob quæ anxius Acaſtus opprimere q̃ inimiciſſimũ cupiens, ad ſpeluncam pergit, atq; ipſo aditu a Thetide (quę ad ipſa loca quęſitũ Pelea venerat) re cognita reprimit. Dein cunctis quę ad uerſum domum Achillis inique geſſerat enunciatis, increpitum adpoſtremum, interceſſu ſuo manibus iuuenis liberat, pſuadẽs nepoti vti ignoſceret potius, neq; ſãguine vlterius vlciſci cuperet ea quę anteceſſerant. Itaq; Acaſt9 vbi ſe pręt ſpem liberatũ aĩaduertit, ſpõte ĩ loco cũcta regni Neoptolemo tradit. Inde iuuenis cũ auo & Thetide reliqſq; q ſecũ nauigauerãt, ſũmã regni adept9 ĩ ciuitatẽ

venit. Ibi a cūctis popularib9 ꝗꝗ iuxta inhabitātes sub ī-
perio ei9 agebāt benigne ac cū gratulatiōe except9 amo
rē sui confirmat. HAEC EGO a Neoptolemo cognita
memorię mādaui accit9 ab eo q̄ tēpestate Hermionē Me
nelai ī mr̄imoniū suscepat: ab eo etiā de reliquijs Mēnonis
cognitū ē mihi vti tradita ossa apud paphū his q cū Pha-
lāte duce Mēnonis mari ad troiā ꝓfecti ductore īterfecto
ablataq̧ pręda ibidē morabant: vtq̧ Hymera (quā non-
nulli materno noīe Hemerā appellabāt) soror Mēnonis
ad īuestigādū cadauer fr̄is eo ꝓfecta postq̄ reliqas reppe-
rit & īde īterceptā prędā Mēnonis palā ei factū ē vtrūq̧
recipe cupiēs intercessu phœnicū q in eo exercitu plurimi
fuerāt optionē reꝝ oīum ac seorsū fr̄is acceperit p̄lataq̧
sāguinis affectiōe recepta vrna phœnicē nauigauerit: De
lata dein ad regionē ei9 Phalonē noīe sepultisq̧ fr̄is reli-
quijs nusq̄ cōparuerit. Cui9 opinio exorta tripartita ē seu
post occasū sol' cū mr̄e Hemera e cōspectu hoīn ū excesse-
rit: siue supra modū dolore affecta fraternę mortis vltro
p̄ceps ierit: vel ab his q incolebāt ob eripiēda q̄ secū habu
erat circūuēta īterierit. Hęc de Mēnone eiusq̧ sorore cō-
pta mihi p Neoptolemū. Post q̄ ꝓfect9 cretā anno post
noīe publico cū duob9 alijs ad oraculū apollinis remediū
petitū venio: Nāq̧ nulla certa causa ex īprouiso tanta vis
locustaꝝ insulā meā inuaserat vti cūcta fructuū q̄ in agris
erāt corrūperent. Itaq̧ multis p̄cibus supplicijsq̧ rn̄sum
edit' diuina ope aīalia īteritura insulāq̧ ꝓuētu frugū bre-
ui redundaturā. Dein nauigare cupiētes ab his q apud del
phos erāt ꝓhibemur īportunū nāq̧ & pnitiosum tēp9 eē:

Lycophion & Ixeus q̄ una ad oraculū venerāt cōtēptui habentes ascēdūt nauē, medioq; fere spatio fulmine icti itereūt. Interim vt diuinit9 p̄dictū erat eodē ictu fulminū sedata vis mali, himerasq; & regio omnis repleta frugibus.
PER IDEM tēpus Neoptolemus cōfirmato iā cū Hermione m̄rimonio, delphos ad apollinē gratulatū (q̄ i auctorē paternę cędis Alexandrū vindicatū esset) p̄ficiscit̄: relicta ī domo Andromacha eiusq; filio Laodamāta, q re liquus iā filiorū Hectoris supfuerat. Sed Hermione post absce ssum viri victa dolore animi, neq; pellicatū captiuę paciēs, parentē suū Menelaū accitū mittit, cui multa conquesta sup iniuria prēlatę sibi a viro captiuę, p̄suadet vti filiū Hectoris necet. Andromacha re cognita instātis periculi vim subterfugit auxilio populariū liberata: Qui miserati fortunā ei9, vltro Menelaū cōtumelijs p̄secuti, vix a pernitie viri retēti sunt. Interī Orestes adueniēs rē cunctā cognoscit hortat̄ Menelaū vti incœpta perageret: ipse dolēs prereptā sibi a Neoptolemo Hermionen ī m̄rimoniū, inde insidias aduenienti parare cœpit. Itaq; primo ex his quos secū habebat q̄ fidissime speculatū de aduētu Neoptolemi delphos mittit. Quis cognitis Menela9 euitare huiusmodi facin9 cupiēs spartā cōcedit: sed illi q prę missi erāt regressi Neoptolemū delphis esse negāt. Quare coact9 Horestes ipse ad inq̄sitionē viri p̄fect9 alio q̄ ierat die remeat: ut sermo hominū ferebat̄ in p̄fecto negotio. Dein post paucos dies fama p̄fert̄ interemptū eē Neoptolemū, eūq; sermone oīum circūuentū insidijs Horestis p populū dissemināt̄. Ita iuuenis vbi de Pyrrho palā ē recepta

Hermiōe (quę sibi antea despōsata ē) mycenas discedit. Interim Peleus cū Thetide cognito nepotis īteritu ad iue stigationē ei9 ꝑfecti, cognoscūtq; in his locis interim vbi visus Orestes negabat̄: ea res p pplos haud credita, adeo ꝓsumpta antea iā opinio de Orestis īsidijs cūctoꝝ animis inhęserat. Cęterū Thetis vbi Hermionen Oresti iūctā videt, Andromachā partu grauidā ex Neoptolemo molossos mittit: dolū Orestis eiusq; cōiugis de interimēdo partu verita. PER idē tēpus Vlyxes territ9 crebris sōnijs q̄ aduersus se viderat, oīs vndiq; regiōis ei9 interp̄tādi sōnia peritissimos cōducit: hisq; refert inter cętera visū sibi sępi9 simula chrū quoddā inter humanū diuinūq; vultū formę ꝑlaudabil̄, ex eodē loco repēte edi, quod cōplecti sūmo desiderio cupiēti sibi porrigētiq; man9, rñsum ab eo humana voce sceleratā huiusmodi cōiūctionē, Quippe eiusdē sanguinis atq; originis, nāq; ex eo alterū alteri9 opera interiturū. Dein ꝑcontāti sibi vehemētius cupiētiq; causas eius rei ꝑdiscere, signū quoddā mari editū interuisum venire. idq; ſm imperiū ei9 in se iactū vtrūq; disiūxisse. Quā rem cūcti q aderāt exicialē vno ore ꝓnūciāt, adduntq; caueret ab īsidijs filij. Ita suspect9 p̄ris aīo Telemachus agris q in cephalonia erāt relegat̄, additis ei q̄ fidissimis custodib9. Prętere Vlyxes secedēs ī alia loca abdita semotaq; sōniorū vim euitare nitebatur. Per idem tempus Thelegonus (quē Circe editū ex Vlyxe apud eęam īsulā educauerat) vti adoleuit ad inq̄sitionē p̄ris ꝑfect9, Ithacā venit, gerēs manib9 quoddā hastile, cui sūmitas marinę turturis osse armabat̄; Insigne scilicet īsulę eius in q̄ genit9 erat: Dein

edoct9 vbi Vlyxes ageret ad eũ venit: ibi p custodes agri primo aditu ꝓhibit9 | vbi vehemẽti9 pstat | e diuerso repellit: clamore occipit ĩdignũ facin9 | ꝓhiberi se a parẽtis cõplexu. Ita credito Telemachũ ad ĩferẽdã vim regi aduẽtare | acri9 resistit | nulli qppe cõpertũ eẽ aliũ iã Vlyxi filiũ. At iuuenis vbi se vehemẽti9 | & p vim repelli videt | dolore elat9 multos custodũ interficit | aut grauit vulneratos debilitat. At q̃ postq̃ Vlyxi cognita sunt | existimãs iuuenẽ a Telemacho ĩmissũ | egress9 foras lãceã (quã ob tutelã sui gerere cõsueuerat) aduersũ thelegonũ iaculat: sed postq̃ huiusmodi ictũ iuuenis casu quodã subterfugit: ipse ĩ parẽtẽ insigne iaculũ emittit: fœlicissimũ casũ vulnerãtis cõtẽplat9 vbi eo ictu Vlyxes cõcidit | gratulari cũ fortuna cõfiteriq; optime secũ actũ | q p vim externi hoĩs ĩterẽpt9 | parricidij Telemachũ charissimũ sibi liberauisset. Dein reliquũ adhuc retẽtãs spm̃ | iuuenẽ pcõtari qsnã | & exquo ortus loco | q cõsilio belloq; inclytũ Vlyxẽ Laertę filiũ interficere ausus eẽt: Thelegon9 tũ cognito parẽtẽ eẽ | vtraq; manu dilaniãs caput fletũ edit q̃ miſabilẽ | maxime discruciat9 ob illatã p se prĩ necẽ. Itaq; Vlyxi vti voluerat nomẽ suũ atq; mr̃is | ĩsulã quoq; in q̃ ort9 eẽt: & adpostremũ ĩsigne iaculi oñdit. Ita Vlyxes vbi vim ĩgruẽtiũ sõnioꝝ | p̃dictũq; ab ĩterp̃tib9 vitę exitũ recordat9 ẽ: vulnerat9 ab eo (quẽ minime crediderat) triduo post | mortẽ obijt | senior iã ꝓuectęq; ętatis | neq; tñ inualidus virium.

.F. Iesus. F.

Finit opus Dictys Cretensis de bello troiano ac de reditu grecorum. Anno. M. cccc. xcviij. nonis Maij.

HISTORIA DE ORIGINE TROIANORVM FOELICITER INCIPIT.

ORIGO TROIANORVM DARdanus fuit: qui ex Ioue & Electra filia Atlantis natus. ab italia ex respōso locum cōmutans, per traciam samon delatus est: quā samotraciā nominauit, & hinc ad phrygiā deuenit, quā Dardaniā a suo noīe nominauit. Ex quo natus est Erictonius, qui in istis locis regnauit. Ex Erictonio Tros: qui iusticia & pietate laudabilis fuit. Isq; vt memoriā sui nominis ęternam faceret, Troiam appellari iussit: qui duos filios habuit, Ilum, Asaricunq;. Hic ilus: qui maior natu erat regnauit, atq; troiā de suo noīe Ilium nominauit. Asaricus a Primatu discessit, illi Laomedon fuit filius, ex Laomedonte Priamus natus est. Asaricus Capim filium genuit, ex quo Anchises editus est: qui Aeneam filium procreauit.

EPISTOLA CORNELII NEPOTIS AD SALVSTIVM CRISPVM.

CORNELIVS nepos Salustio crispo salutem. Cum multa athenis curiose agerē: inueni historiā Daretis phrygij ipsius manu scriptā (vt titulus indicat) qui de græcis & troianis memoriæ cōmendauit: Quod ego summo amore cōplexus: cōtinuo trāstuli: Cui nihil adijciendū, vel diminuendum rei formandę causa putaui. Alioquin in ea posset dubitari. Optimum ergo duxi ita vt fuit vere & simpliciter perscripta: sic eam ad verbū

in latinitatem transuerterem: vt legentes cognoscere possint: quomodo res gestę essent: vtrū magis verū esse existiment: quod Dares phrygius memorię cōmendauit: q p id tempus vixit, & militauit, quo græci & troiani pugnauerunt, an Homero credendū: qui post multos annos natus est: q̄ hoc bellū gestum fuisset: De qua re athenis iudiciū fuit: cū pro insano Homerus haberet: qui deos cū hōibus belligerasse descripserit. Sed hactenus ista: Nūc ad pollicitum reuertamur.

INCIPIT HISTORIA DARETIS PHRYGII DE EXCIDIO TROIAE.

PELIAS REX in peloponneso Aesonē fratrem habuit. Aesonis fili9 erat Iason, virtute præstans, & qui sub ipsi9 regno erāt omnes eos hospites habebat: & ab eis validissime amabat. Pelias aūt rex vt vidit Iasonē acceptū esse omni populo, verit9 est ne sibi iniurias faceret: & se regno eijceret: Dicit Iasoni colchis pellē inauratā arietis esse: dignā eius virtute vt eam inde auferret: oīa se ei daturum pollicet: Iason vbi audiuit: vt erat aīo fortissimus: & quia loca oīa nosse volebat: atq; clariorem se existimabat futurꝫ: si pellem inauratā colchis abstulisset: Dicit Peliç regi se velle eo ire si vires sotijq; nō deessent: Pelias rex argū architectū vocari iussit: & ei imperat: vt nauē ędificaret q̄pulcherrimā ad voluntatem Iasonis: per totā græciā rumor cucurrit nauē ædificari: in q̄ colchos eat Iason pellem aureā petitur9: Amici & hospites ad Iasonē venerūt: & pollicent se vna ituros: Iason illˀ gr̄as egit: & rogauit vt

parati eẽnt| cũ tẽp9 ſupueniſſet: Iaſon lr̃as ad eos mittit:
q erãt polliciti ſeſe vna ituros: & illico cõuenerũt ad nauẽ:
cui nomẽ erat Argo: Pelias rex| quib9 opus fuerat in naui
imponi iuſſit: & hortat9 eſt Iaſonẽ: & q cũ eo ibãt| aĩo for
ti ad pficiendũ irẽt quę conati eẽnt: Ea res claritas græcis
futura videbat̃| demõſtrare eos| q cũ Iaſone pfecti ſunt|
nõ videt̃ nr̃m eẽ: Sed q volũt eos cognoſcere| argonautas
legãt| Iaſon vt ad phrygiã venit nauẽ admouit ad portũ
ſimeonta: Deinde oĩs exercit9 de naui ad terram deſcẽdit:
Laomedonti regi nũciatũ eſt mirãdã nauim in portũ ſime
onta intraſſe: & in ea multos iuuenes de græcia aduectos
eſſe: Vbi audiuit Laomedon rex commotus eſt| & conſi-
derauit cõmune periculum eſſe| ſi conſueſcerent græci ad
ſua littora nauibus aduẽtare. Mittit itaq; ad portũ qui di-
cant: vt græci de finibus eius diſcedãt: ſin edictũ obaudiſ-
ſent; tum ſeſe armis eos eiecturũ de ſuis finibus. Iaſon & q
cum eo erant grauiter tulerũt crudelitatẽ Laomedontis
ſic ſe ab eo tractari: cũ nulla ab eis iniuria facta eẽt: ſimul
timebãt multitudinẽ barbarorũ: ſi cõtra imperiũ conaren
tur pmanere ne opprimerent̃: cũ ipſi non eſſent parati ad
pliãdũ: naui cõſcẽderũt| & a terra diſceſſere| colchos pfe
cti ſũt pellẽ abſtulere: domũ reuerſi ſũt. Hercules grauit̃
tulit a rege laomedõte cõtũelioſe ſe tractatũ| & eos q vna
pfecti erãt colchos cũ Iaſõe| ſtatĩ ſpartã ad caſtorẽ & pol
licẽ venit: agit cũ his vt ſuas iniurias defẽdãt| ne laomedõ
ĩpune ferat: qd illos a terra| & portu phibuiſſet: mľtos ad
iutores fuiſſe futuros| ſi ſe accõmodaſſẽt: caſtor & pollux
oĩa pmiſerũt ſe fcũros| q̃ hercules vellet. Ab his ſalaminã

profectus ad Thelamonem venit: rogatq; eum vt secū ad
Troiam eat, & vt suas suorūq; iniurias defendat. Thela-
mon promisit se in omnib9 rebus paratum esse quę Her-
cules vellet facere: Inde pithiam ꝓfectus est ad peleum:
rogatq; eum, vt secū eat ad Troiam, pollicitusq; est ei pe-
leus se iturum. Inde pilum ad nestorem profectus est: ro-
gatq; eum nestor quid veniret. Hercules dicit, ꝙ dolore
cōmotus sit, velle exercitum se ducere in phrygiā. Nestor
Herculem conlaudauit, operamq; suā pollicitus est. Her
cules vbi omniū voluntates intellexit, naues .xv. parauit
milites elegit. Vbi tempus datum est proficiscendi, litte-
ras ad eos, quos rogauerat misit: vt cum suis omnibus ve-
nirēt: Qum ergo omnes vnanimiter cōuenissent, in phry
giam profecti sunt: & ad sigeum noctu accesserunt. Inde
Hercules, Thelamon, & Peleus exercitū eduxerunt e na
uibus: qui pręsidio essent, Castorem, Pollucem, & Nesto
rem reliquerunt. Laomedonti regi nūciatum est, classem
græcorum ad Sigeum accessisse: & ipse statim cū equestri
copia ad mare venit: cœpitq; pręliari. Hercules ad Ilium
ierat: & in prudētes q erāt in oppido vrgere cœpit: Quod
vbi laomedonti nunciatū est vrgeri ab ostibus Iliū: illico
reuertit̃: & in itinere obuius gręcis factus: ab Hercule oc
cidit̃. Thelamon prius oppidū Ilium introijt. Cui Hercu
les virtutis causa hesionam laomedontis regis filiam do-
nodedit: cęteri vero filij q cum laomedonte erant occidū-
tur. Priam9 in phrygia erat: Vbi eū laomedon pater eius
exercitui pręfecerat. Hercules & q cū eo venerāt prędam
magnā fecerūt: & ad naues deportāt. Inde domū ꝓficisci

decreuerunt. Thelamon hesionam secum conuexit. Hoc vbi Priamo nūciatū est patrē occisum: ciues ereptos: prędam euectā: Hesionā sororē dono datam, grauiter tulit: phrygiam tam cōtumeliose tractatam esse a grais: Ilium petit cū vxore Hecuba, & liberis Hectore, Alexandro, Deiphebo, Heleno, Troilo, Andromacha, Cassandra, Polyxena: Nā erant ei etiā alij filij ex cōcubinis nati quos nemo ex regio genere dixit esse: nisi eos: qui essent ex legitimis vxoribus. Priamus vt ilium venit: ampliora mœnia extruxit: & ciuitatem munitissimā reddidit: & multitudinem militū ibi esse fecit, ne per ignorantiā opprimeret̃: ita vt laomedon pater oppressus est. Regiam quoqꝫ ædificauit, & ibi iouis aram statuamqꝫ cōsecrauit. Tunc quādo ilio portas fecit, in boeciam legatos misit, quarū noīa sunt hæc, Antenoridę, Dardanidę, Ilia, Scæa, Catūbria, Troiana, & postq̄ Ilium stabilitū vidit: Tempus expectauit: vt visum est ei iniurias patris vlcisci. Antenorē vocari iubet: dicitqꝫ ei se velle legatum in græciam mittere: vt cōqueratur graues sibi iniurias ab his, qui cum exercitu venerāt factas: idem in laomedontis patris nece: & in abductione sororis Hesione: regniqꝫ prædatione pertulisse q̄ omnia æquo se animo passurum: si tamen Hesiona ei reddatur. Antenor vt Priamus imparauit nauim conscēdit: & profectus venit magnesiam ad Peleum, quem Peleus hospicio recepit triduo: die quarto interrogat eum ad qd venerit: Antenor dicit: quæ a Priamo mandata erant: vt graios postularet: vt Hesiona tantū redderet̃: hęc vbi Peleus audiuit grauiter tulit: eo ꝙ ad eū pertinere videbat̃:

iubet eũ de finib9 suis discedere. Antenor nihil morat9 nauim ascẽdit: sed ĩ boeciã iter fecit: salaminã aduectus ẽ ad Thelamonẽ: rogare cæpit eũ: vt Priamo sororẽ redderet: dicẽs nõ eẽ dignã in ſuitute hr̃e regis filiã: Cui Thelamõ r̃ndit nihil a se Priamo factũ: & qͩ virtutis causa donatũ sit se nemini datuꝝ: ob hoc Antenorẽ de ĩsula discedere iubet. Tũc nauĩ cõscẽdit: & in achaiã ꝑuenit: Inde ad Castorem & Pollucem delatus: cœpit ab eis postulare: vt Priamo satisfacerent: & Hesionã sororẽ redderent: Castor & Pollux negauerũt iniuriam ab eis Priamo factam esse: & laomedontẽ eos priorẽ lęsisse. Antenorẽ discedere iubẽt: inde pilum ad Nestorem venit: dixitqꝫ ei: qua de causa veniret. Qui vt audiuit cœpit Antenorẽ obiurgare: cur auderet in græciã venire: cũ a phrygib9 pri9 græci læsi eẽnt: vbi Anthenor audiuit nil se impetrasse: & contumeliose priamum tractari: nauim conscendit: domũ reuertit᷑. Priamo regi demõstrat: quomodo ab vnoquoqꝫ illoꝝ tractacus sit: simulqꝫ hortatus est regem: vt eos bello prosequatur. Continuo Priamus filios vocari iubet: & omnes amitos suos: Antenorẽ: Anchisen: Aeneam: Vgalegon: Talãtum: Lãpotem: Panthũ: & oẽs filios q ex cõcubinis nati erãt: Qui vt cõuenerunt dixit se Antenorem legatum in græciam misisse: vt hi qui patrem suum necauere in hoc sibi satisfacerenr: Hesionã remittendo: illos autẽ contumeliose tractasse Antenorẽ: & nihil ab eis impetrasse. Verum qm̃ suam voluntatem facere noluissent videri sibi exercitũ in gręciã mitti q pœnas reciperet ab eis: ne barbaros gręci haberẽt in risu; hortatusqꝫ ẽ Priamus liberos

suos vt hui9 rei pricipes forēt: maxime Hectorē. Erat enī maior natu: Qui cæpit se dicere volūtatē prīs executurū: & Laomedōtis aui sui necē: & quascūq; iniurias græci troianis fecissent vindicaturū: ne id īpunitū grais foret: sed vereri φ nō pficere potuissent quod conati eēnt: multos adiutores gręcię futuros | europā bellicosos hoīes habere: asiā semp in desidia vitā exercuisse: & ob id classem nō habere. Alexander cæpit cohortari | vt classis pparareť: & in gręciā mittereť | se rei principē futurū: si pater vellet in deo℞ benignitate se cōfidere: victis hostib9 laude adepta de gręcia domū redditurū esse. Nā sibi ī ida silua qum venatū abisset: in sōnis mercuriū adduxisse iunonē: venerē: & mineruā: vt īter eas de specie iudicaret: & tunc sibi venerē pollicitā eē (si suā faciē speciosiorē iudicaret) daturā se ei vxorē: q̄ in gręcia speciosissima videreť. vnde sperare deberet Priam9: Venerē adiutricē Alexandro futurā. Deiphebe9 placere sibi dixit Alexādri cōsilium: & sperare græcos Hesionā reddituros & satisfacturos: si vt dispositum eēt classis in græciā mitteretur. Helen9 vaticinare cæpit graios vēturos | iliū euersuros | Parētes & frēs hostili manu īterituros: si Alexāder sibi vxorē de gręcia adduxisset. Troil9 mīm9 natu | nō min9 fortis q̄ Hector: bellū geri suadebat: & nō debere terreri verb̄ heleni: φ oīb9 placuit classē cōparari: & ī gręciā pficisci. Priam9 alexādrū & deiphebū ī peoniā misit | vt milites eligerent | & pplm ad cōtionē venire iuberēt | cōmonefacit filios | vt maiores natu mīorib9 imparēt | mōstrauit q̄s iniurias gręci troianis fecissent: ob hoc Antenorē legatū ī gręciā misisse: vt sibi hesionā soro

rem reddere nt; & satis troianis facerent. Antenorem con tumeliose ab eis tractatũ: nec quicq̃ ab his impetrare po-tuisse: ob hoc placere sibi Alexandrum mitti cum classe in græciam: qui aui mortem; & troianorum iniurias vlcis-catur. Antenorem dicere iussit quomodo ĩ græcia tracta-tus esset. Antenor hortatus est troianos: ne horrescerent ad debellandam græciam; fortes & alacriores suos fecit. Paucis demonstrauit quæ in græcia gesserat. Priamus di-xit si cui displiceret bellum geri suam voluntatem edice-ret. Tunc Panthus Priamo & propinquis prodit ea quæ a patre suo Euforbio audierat dicens: si Alexander vxorẽ de græcia adduxisset troianis extremum exitium futurũ sed pulchrius esse in ocio vitã degere: q̃ in tumultu liber-tatem amittere: & periculum inire. Populus Pãthi aucto ritatem cõtempsit: regem dicere iussere quid fieri vellet. Priamus dixit naues esse præparãdas: vt eatur in græciã: vtensilia quoq; populo non deesse ad eam rem faciendã: iussitq; vt ire parati essent: populus cõclam auit per se mo ram non esse: quo minus regis præceptis pareatur. Pria-mus illis magnas gratias egit: cõtionemq; dimisit at mox in idam siluam misit; q materiẽ succiderent; naues ędifica rent. Hectorem in superiorem phrygiam misit: vt exerci tum pararet: & ita ꝓfectus est. Cassandra postq̃ audiuit p̃ris cõsiliũ: dicere cœpit quę troianis futura essent: si Pri amus ꝑseuerasset classem in græciam mittere. Interea tẽ-pus supuenit: naues ædificatę sunt: Milites supuenerunt: quos Alexander & Deiphebus in peonia elegerãt. At vbi visum est posse nauigare: Priamus exercitũ suũ alloqtur.

Alexandrum exercitui imperatorem præfecit: mittit cum eo Deiphebū, Aeneā, Polidamantē, imperatq; Alexandro: vt primū spartā accedat, Castorem & Pollucem conueniat: & ab his petat: vt Hesiona soror reddatur & satis troianis fiat: quod si negassent: continuo ad se nunciū mitteret: vt exercitum possit in græciā mittere. Post hæc Alexander in græciam nauigauit: adducto secum duce eo q cum Antenore iam prius nauigauerat, non multos ante dies: quibus Alexander in grȩciam nauigauit: & anteq̄ in insulam cithercam accederet: Menelaus ad Nestorem in pilum ꝑficiscens: Alexādro in itinere occurrit: & mirabatur regiā classē quo tēderet: vtriq; occurrētes aspexere se inuicē inscij quo quisq; iret. Castor & Pollux ad Clitēnȩstrā ierant: secū Hermonā neptē suā Helenȩ filiam adducentes. Argis Iunonis dies festus erat his diebus: qb9 Alexander i insulā Cithereā venit: vbi ad fanū veneris & Dianæ sacrificauit. At hi q i insula erāt, mirabant̄ classē regiā & interrogabāt ab illis: q cū Alexandro venerāt, qui eēnt, vel ad quid venissent: respondere a Priamo rege Alexandrum legatū missum ad castorē, & Pollucē: vt eos conueniret. Helena vero Menelai vxor cū Alexāder i insula eēt Cytherea voluit eum videre: Qua de causa ꝓcessit ad oppidū quod ē helena, ꝑuenitq; ad mare, vbi Dianȩ & Apollinis fanum est, vbi rē diuinā Helena facere disposuerat: Quod vbi Alexādro nūciatū est Helenā ad mare venisse: cōsci9 formȩ suȩ: in cōspectu ei9 ambulare cœpit: cupiēs eā videre, Helenȩ nūciatū est Alexandrū Ptiami regis filiū ad helenā oppidū: vbi ipsa erat, venisse: quē etiā illa vi-

dere cupiebat. Et cum se vtriq; respexissent, ambo forma sui incensi, tẽpus dedere: vt gratias inuicem referrent: Alexander imperat: vt omnes sint in nauibus parati: Nocte classem soluũt: de fano Helenam eripiũt: secum ducunt: & cum ea aliquas mulieres rapiunt. Dum oppidani vidissent Helenã raptam: diu pugnauere cum Alexandro: nec Helenã eripere valuere: Quos Alexander fretus multitudine socio℞ superauit: fanũ expoliauit: homines secum inde q̃plurimos captiuos duxit: naui imposuit: & stati classem soluit, domũ reuerti disposuit: in portũ tenedon peruenit: vbi Helenam mœstam alloquio mitigauit. Patriq; rei gestę nunciũ misit: Menelao postq̃ in pilo nũciatũ est: cum Nestore spartã ꝓfectus est, ad Agamemnonem fratrem misit argos rogans, vt ad se veniant: Interea Alexãder ad patrem suũ: cum magna præda peruenit: & rei gestę ordinem refert. Priamus gauisus est, sperãs græcos ob hanc causam recuperationis Helenę sororẽ Hesionã redituros: & ea quę a troianis inde abstulere: Helenã mœstam consolatus est: eamq; Alexandro vxorem dedit. Vt aspexit Cassandra Helenam, vaticinari cœpit, memorãs ea, quę ante prędixerat: quã Priamus abstrahi, & includi iussit. Agamemnon postq̃ spartam venit, fratrem cõsolatus est, & placuit, vt per totam græciam conquesturi mitterentur ad conuocandos gręcos: & troianis bellum indicerent. Conuenere aũt hij. Achilles cũ Patroclo: Tlepolemus & Diomedes: postq̃ spartam accessere, decreuere iniurias troiano℞ persequi cum exercitu: Agamemnonem imperatorẽ & ducẽ pręficiunt. Tunc legatos mittunt per

totam græciam: vt armati ad athenienſem portum cū na
uibus venirēt: vt inde pariter ad troiam ꝓficiſcant̃ ad de-
fendendas ſuas iniurias. Caſtor & Pollux iere poſtq̄ audi-
erunt Helenam ſororē ſuam raptam nauim aſcendere: &
ſecuti ſunt: Cum in littore leſbio nauim ſoluerent: maxi-
ma tempeſtate correpti | nunq̄ eos comparuiſſe creditum
eſt: Poſtea dictum eſt eos immortales factos. Itaqꝫ leſbi-
os nauibus eos vſqꝫ ad Troiam queſitū eſſe: neqꝫ horū ve-
ſtigia inuenta renūciaſſe. Dares phrygius: qui hanc hiſto-
riam ſcripſit ait ſe militaſſe vſqꝫ dum troia capta eēt: hos
ſe vidiſſe: cū induciæ eſſent pariter prelio īterfuiſſe. A dar
danis aūt dixit ſe audiſſe qum īterrogaret̃ qua facie & na
tura fuiſſent: Caſtor & Pollux | fuere aūt alter alteri ſimil̃
capillo flauo | oculis magnis | facie pura | bene figurati | cor
pore deducto. Helenam ſimilem illis formoſam: aīo ſim-
plici: blandā: cruribus optimis: notā inter duo ſupcilia ha
bentē | ore puſillo. Priamū troianoꝝ regē vultu pulchro:
magnū: voce ſuaui: aqlino corpore. Hectorē bleſū: candi-
dū: criſpū: ſtrabū: pernicibus mēbris: vultu venerabili: bar
batū: decentē: bellicoſū: aīo magnū: in ciuib9 clemētē: di
gnū: & amore captū: Deiphebū & Helenū ſimiles pr̄i: diſ
ſimiles natura. Deiphæbū fortē: Helenū clemētē: doctū
vatē: Troilū magnū: fortiſſimū: pulcherrimū: ꝓ etate va-
lentem: fortem: cupidum virtutis. Alexandrum candidū:
lōgum: fortē: oculis pulcherrimis: capillo flauo & molli:
ore venuſto: voce ſuaui: velocem: cupidum imperij. Aene
am rufum: quadratū: facūdū: affabilem: fortem: in cōſilio
pium: venuſtum: oculis hilaribus & nigris. Antenorē lon

gum; gracilem; velocibus membris; versutum; cautum. Hecubam magnam aquilino corpore: pulchram: mente virili: iustam: piam. Andromacham oculis claris: candidam: longam: formosam: modestam: sapientem: pudicā: blandam. Cassandram candidam: mediocri statura: ore rotundo: rufam: oculis micantib9: futurorum prascium. Polyxenam candidam: altam: formosam: collo lōgo: oculis venustis: capillis flauis & lōgis: compositam membris dignis: digitis prolixis: cruribus rectis: pedibus optimis: quæ forma sua omnes superaret: animo simplici: largam: dapsilem. AGAMEMNONEM albo corpore: magnū: membris valentibus: facundum: prudentem: nobilem: diuitem. Menelaum mediocri statura: rufum: formosum: acceptum: gratum. Achillem pectorosum: ore venusto: membris valentibus: magna vi brachiorum: bene crispatum: clemētem: in armis acerrimum: vultu hylari: largū: dapsilem: capillo mirteo. Patroclū pulchro corpore: oculis cesijs: viribus magnis: verecundum: rectum: prudentē: dapsilem. Aiacem oileum quadratum: valentibus membris: aquilino corpore: iocundum: fortem: sagacem. Aiacem telamonium: valentem: voce clara: capillis nigris: coma crispa: simplici animo: i hostem atrocem. Vlyxem firmū: dolosum: ore hylari: statura media: eloquentē: sapiētē. Diomedē fortē: quadratū: corpore honesto: vultu austero: in bello acerrimū: clamosum: cerebro calidū: ipaciētē: audacē. Nestorē magnū: naso longo: longum: latum: candidum: consiliarium: prudentem. Protesilaum corpore candido: vultu honesto: velocē: confidentē: temerariū.

Neoptolemum magnum / viroſum / ſtomachoſum / ble-
ſum / vultu bonum ad vncum oculis rotundis: ſupercilio-
ſum. Palamedem gracilem / longum / ſapientē / animo ma
gno / blandum / podalirium / craſſum / valentem / ſuperbū /
triſtem. Machaonem magnum / fortem / certum / pruden-
tem / pacientem / miſericordem. Merionem rufum / medio
cri ſtatura: corpore iocundo / vitioſum / pertinacem / crude
lem / impaciētem. Briſeidam formoſam / nec alta ſtatura /
candidam / capillo flauo / & molli / ſupercilijs iunctis / ocu
lis venuſtis / corpore æquali / blandam / verecundam / ani-
mo ſimplici / & piā. Sic igitur claſſe ornata gręci athenas
peruenerunt. Agamenon ex mycenis cum nauibus nume
ro centum. Menelaus ex ſparta nauibꝰ numero. lx. Arche
laus & protenor ex boecia nauibus numero. l. Aſcalafus
& Ialmenꝰ ex orcomeno nauibus numero. xxx. Epiſtro-
fus & ſchedius ex phocide nauibus numero. xl. Aiax tela-
monius ex ſalamina adduxit ſecum Tecrum fratrem bu-
blationem / Amphimachum / Dorium / Telium / Poliſenū
nauibus numero. xl. Neſtor ex pilo nauibꝰ numero. lxxx.
Thoas ex etholia nauibus numero. lx. Aiax oileus ex lo-
cris nauibus numero. xxxvij. Anthippus phidippus thoas
ex alcedone nauibus numero. xxx. Idomeneus & merio-
nes ex creta nauibus numero. lxxx. Vlixes ex itacha naui-
bus numero. xl. Emelius ex pirgis nauibꝰ numero. x. Pro
teſilaus & Protarcus ex philaca nauibus numero. xl. Po-
dalirius & Machaon ęſculapij filij Ectrici nauibus nume
ro. xxxij. Achilles cum patroclo & myrmidonibus ex pi-
thia nauibus numero. l. Tlepolemus ex rhodo nauibꝰ nu

mero.ix. Euripilus ex orcomeno nauibus numero.lx. Xātippus & Amphimachus ex elide nauibus nemero.xij. Polibætes & Leontius ex larissa nauibus numero.xl. Diomedes euripilus steneleus ex argis nauibus numero.lxxx. Philocetes ex melibæa nauibus numero.vij. cuneus ex cypro nauibus numero .xxj. Protheus ex magnesia nauibus numero.xl. Agapenor ex archadia nauibus numero.xl. Menesteus ex athenis nauibus numero.l. Creneus ex pilo nauibus numero viginti duo. Hij fuere duces græcorum numero sexaginta nouem: qui adduxere naues numero mille.c.xl. POSQVAM athenas venere Agamemnon duces in consilium vocat: collaudat, hortatur: vt q̄primum iniurias suas defēdant: rogat si cui quid placeat, suadetq;: vt anteq̄ proficiscerentur: delphos ad apollinem consulēdum de tota re mitti: cui omnes assentiuntur. Huic rei Achilles præficitur: & cum Patroclo proficiscitur. Priamus vt audiuit quia hostes parati sunt, misit per totam phrygiam, qui finitimos adducant exercitus: domiq; milites comparat: qui magno animo se defendant. Q um Achilles delphos venisset, ad oraculum pergit: & ex adyto respondetur græcos victuros, decimoq; anno troiam capturos: Achilles res diuinas sicut imperatum est fecit: & eo tēpore venerat calchas a testore natus: & diuina dona pro phrygibus a suo populo missus apollini portabat: simulq; consulit de regno rebusq; suis: huic ex adyto respondetur: vt cum argiuorum classe militum contra troianos proficiscatur, eosq; sua intelligentia iuuet: ne vel inde prius discedant: q̄ troia capta sit. Postq̄ in fanum ventum est: inter

se Achilles & calchas respōsa contulere: gaudentesq; hospitio: amicitiam confirmant, Athenas vna proficiscentes perueniunt: & Achilles eadem in concilio refert: argiui gaudēt: chalcātem secum recipiunt: classem soluunt, cum eos tempestates ibi tetinerent, Calchas ex augurio respō dit: vt hinc reuertantur, & in aulidem proficiscantur: profecti perueniunt. Agamemnon dianam placat, dicitq; sociis suis: vt classem soluant, ad troiam iter faciant, vtūtur duce philocteta: qui cum argonautis ad troiā fuerat: Deinde applicant classem ad oppidū, quod sub imperio Priami regis erat: & id expugnant, prædaq; facta proficiscuntur. Post veniunt tenedon ibi omnes occidunt. Agamemnon prædam diuidit: concilium vocauit, Inde legatos ad Priamum mittit: si velit Helenā reddere: & prædam quā Alexander fecit restituere: legati eleguntur Diomedes & Vlyxes ad Priamum veniunt: Dum legati mandato parent: mittuntur Achilles: & Telephus ad prædandam mysiam ad Teutrantem regem veniunt: prædamq; faciunt: Teutras cum exercitu suo superuenit: quem Achilles fugato exercitu vulnerat: quem iacentem Telephus clipeo protexit: ne ab Achille interficeretur. Eo tempore Telephus adhuc puer erat a patre hercule progenitus: a Theutrāte Rege hospicio susceptus est. Diomedem regē ferūt eo tempore vexatum cum equis potentibus & feris ab Hercule interfectum. Teutrantiq; regnum tradidisse totum: ob hoc eius filium Telephum ei suppecias venisse: Quod cum Theutras intelligeret tunc se eodem

vulnere mortem effugere non posse regnum suum | & mysiam viu9 Telepho tradidit: & eum regem ordinauit: mortuum Telephus magnifice sepeliuit: Achilles vt nouũ regnum conseruet suadet | & plus iusto exercitum adiuturũ | si commeato frumento quot annis ex eo regno aduehat | q̃ si ad troiam dimicaturus accedat. Itaq; telephus remanet. Achilles cum magno prædę commertio ad exercitũ tenedon reuertitur. Agamemnoni & socijs rem gestã narrat | illi collaudant industriam eius. Interea legati missi ad Priamum veniunt | mãdataq; Agamemnonis referunt postulantes vt Helena | & præda reddatur satisq; regi fiat: vt pacifice discedant. Priamus iniurias argonautarum commemorat: patris ĩteritum: Troię expugnationem: & Hesionę sororis seruitutem: Deniq; Antenorem legatum | q̃ cõtumeliose ab eis tractatus sit: pacem repudiat: bellum indicit: græcorum legatos de finibus repelli iubet. legati in castra tenendon reuertuntur: renũciantes responsum: res consultim geritur. Aderant vero ad auxilium Priami aduersus ductores duces græcorũ hi cum exercitibus suis: quorum nomina & prouincias insinuandas esse duximus. Ecelia pandarus Amphidarastus: De colophonia a suis carijs Amphimachus | meneste9. Delicia | sarpedon | Claucus. De Larissa Hipotogus | & cupesus | de Cironia rem9. de Tracia Pirus | & Alcamus. de Peonia Paractemesus | Teropeus. de phrygia Ascanius | Xandippus | Portius. de Fliconea Eufemeus. de Boecia | Sanias | Asimaus | & Foricus. de Buctino | Epistropolis | & Boecius. de Palaconia Philleminus. de Aethiopia | Pirses | & Memnon. de Tra-

cia Heseus & Archillogus. de Agrestia Adrastus | & Amphius. de Auzonio Epistropus. His ductoribus & exercitibus q cuncta paranda pararent. Prefecit Priamus principem & ductorem Hectorem: deinde Deiphębum: Alexandrum: Troilum: Aeneam: Mēnonem. Dum Agamē nō cōsulit de tota re ex cormo aduenit Nauplij filius Palamedes cum nauibus. xxx. ille se excusauit morbo affectū Athenas venire non potuisse: qui veniret qum primū potuerit | illi gratias agunt | rogantq; eū in consilio esse: Deinde qum argiuis non cōstaret exeūdi ad Troiam clam noctu an interdiu facerent. Palamedes sic iam detractionē reddit ī luce in Troiam excessionem fieri oportere: & manum hostium deduci. Itaq; omnes ei assentiunr consulte Agamēnonem exercitui præficiunt: legatos ad Mesiam Cæterisq; locis mittunt vt exercitui commeatus supportandos curent Hesidum | demorantem | & Anium. Deinde exercitum ad concionem vocat | collaudat | īperat | hortatur | monet diligenter: vt dicto obediētes essent. Signo dato naues soluūt: tota classis ad latitudinem accedit ad Troiam: litota troiani fortiter defendunt. Protesilaus in terram excursionem facit: fugat: cædit: Cui Hector obuiam venit: & eum interfecit: cæteros perturbat: vnde Hector recedebat: ibi troiani fugabanť. Postq̄ magna cędes vtrinq; facta est: aduenit Achilles totum exercitum in fugam conuertit: redegitq; omnes in Troiam: nox pręlium dirimit. Agamemnon exercitum totum in terram ducit | castra facit. Postero die Hector exer citum ex vrbe educit | & instruit. Agamemnon contra a cri clamore occurrit

prelium acre atq; iracūdū geritur: nam fortissimus quisq; in primis cadit. Hector patroclum occidit & spoliatum ex atie accepit: Merionemq; persequitur & occidit. Quē qum similiter spoliare vellet: Menesteus superuenit: & Hectorem in femore vulnerauit qui saucius multa milia occidit: & festinauisset Argiuos in fugam vertere: nisi obuius illi Aiax Telamonius superuenisset. Aduersus quem cum congrederetur: cognouit eum esse de sanguine suo: erat enim de Hesiona sorore Priami natus. Quo pacto Hector a nauibus ignem reuocari iussit: & vtriq; se inuicem remunerauere: & amici discessere. POSTERA die græci inducias petunt. Agamemnon Protesilaum magnifico funere effert: cæterosq; sepeliendos curat. Achilles Patroclum plangit: argiui suos: Achilles Patroclo ludos funebres facit. Dum induciæ sunt. Palamedes non cessat seditionem facere: & indignum aiebat Agamemnonem regem esse: qui exercitui imperaret: ipse coram exercitu multa sua ostendit studia: excessionem facit: castrorum munitionem: signi dationem: vigiliarum circuitionem: librarum pōderumq; dimensionem, exercitusq; instructionem. Hæc cum a se orta essent: non equum esse: vt cum a paucis imperium datum Agamemnoni esset: eum omnibus qui postea conuenissent imperare: qum præsertim omnes signum virtutis expectassent in ducib9 suis. Dum Achiui de imperio inter se vicissim certant: prælium post biennium repetitum est. Agamemnon, Achilles, Diomedes, Menelaus exercitum educunt. Contra Hector, Troilus, Aeneas occurrunt: fit magna cædes ex vtraq; parte,

fortissimi cadunt. Hector Boetem, Archilocum, Protenorem occidit: nox prelium dirimit: Agamemnon duces omnes in concilium vocat: suadet: hortatur: vt omnes in atiem prodeant: & maxime Hectorem persequātur: qui de his aliquos fortissimos duces occidit: Mane facto Hector, Aeneas, Alexander, exercitum educunt. Omnes duces achiuorum prodeunt: fit magna cædes, multa milia ex vtroq; exercitu dimittuntur orco. Menelaus & Aiax Alexandrum persequuntur: quos respiciens Alexander sagitta Menelai femur transfigit. Ille dolore commotus pariter cum Aiace Locro non cessauit eū persequi. Quos vt vidit Hector instantes fratrem suum persequi: suppetias venit cum Aenea: Quem Aeneas clypeo protexit: & de prælio ad ciuitatem adduxit: nox prælium dirimit: Achilles cum Diomede postera die exercitum eduxit: Contra Hector & Aeneas atiem dirigunt: fit magna cædes. Hector Orcomeneum, Oramenem, Palamonem, Epistrophum, Schedium, Delpenorem, Dorium, Polixenum, duces occidit: Aeneas amphimachum: & Nerium: Achilles Euphenium, Hippotem, Asterium: Diomedes Xandippum, M.sten, Agamemnon vt vidit duces fortissimos cecidisse: pugnam reuocauit. Troiani læti in castra reuertuntur: Agamemnon sollicitus duces in concilium vocauit: hortatur: vt fortiter pugnarent, neq; desisterent, qm̄ maior pars ex suis exuperata sit: sperare se exercitū ex mysia quotidie supuēturū. POSTERA die Agamēnō totū exercitū: & oēs duces in pugnā ꝓdire coegit. Cōtra Troiani duce Hectore atiē direxerūt: fit magna

cædes: acriter ex vtraq; parte pugnatur: multa milia hinc & inde cadunt: nec differebatur pugna: ita vt continuis lxxx. dieb9 animose pugnatum sit. Agamemnon vt vidit multa milia quottidie occidi: nec sufficere mortuos sepeli re: misit legatos ad Priamum: vt inducias ad triẽnium pe terent. Vlixes & Diomedes legati ad Priamum veniunt: inducias sicut imperatũ est postulant: vt suos funerarent: vulneratos curarent: naues reficerent: exercitum compa rarent: commeatum conueherent. Vlixes & Diomedes noctu ad Priamum legati vadũt: occurrit illis ex troianis dolon: Qui qum interrogaret quid ita armati ad oppidũ venissent: dixere se ab Agamemnone legatos ad Priamũ missos: Quos vt Priamus audiuit venisse: & desiderium suum exposuisse: in consiliũ omnes duces conuocat: Qui bus refert legatos venisse ab Agamemnone: vt inducias ad triennium peterent: Hectori suspectum videtur: quia tam longum tempus postulassent. Priamus dicere impe rat: quid cuiq; videatur: omnib9 placitum est inducias ad triennium dare. interi Troiani mœnia renouant: suos sau cios curant: & mortuos cum ingenti honore sepeliunt. TEMPVS pugnæ post triennium superuenit: Hector & Troilus exercitum educunt: Agamemnon: Menelaus Diomedes etiam ipsi exercitum educũt: fit magna cędes. Hector in prima acie Phidippum: & Xãtippum duces i terficit: Achilles Liconium Euforbium occidit: & cætera ex plebe multa milia ex vtraq; parte cadunt: acriter pu gnatur diebus continuis triginta. Priamus vt vidit mul tos de suo exercitu cecidisse: mittit legatos ad Agamem

nonem: vt inducias peterent mensibus. vj. & consilij sen-
tentia Agamenon concedit inducias. Vt aūt prelij tēpus
aduenit: acriter per. xij. dies pugnatur: multi duces fortis-
simi hinc & inde cadūt: plures vulnerantur: plurimi in ipā
curatione moriunt: Agamenon mittit ad Priamū lega-
tos: & . xxx. dierum inducias postulauit: vt funerare mor-
tuos suos possit. Priamus consulte fecit annuitq;. At vbi
tempus pugnę superuenit. Andromacha vxor Hectoris
in somnis vidit Hectorē non debere eo die in pugnā pro
cedere, & qum ad eum visum referret, hæc muliebria ver
ba abijcit. Andromacha mœsta misit ad Priamum, vt il-
lum ꝓhibeat: ne ea die pugnaret. Priamus Alexandrum,
Helenū Troilum, & Aeneam in pugnam misit. Hector
vt ista audiuit: multum increpans Andromacham: arma
vt ꝓferret poposcit: nec retinere se vllo modo potuit. Dū
planctu fœmineo oppidum concitat: ad Priamū in regiā
cucurrit: refert ea quæ in somnis viderat: velle Hectorē
veloci saltu in pugnam ire: proiectaq; ad genua astante fi
lio suo Astyonacte eū reuocare mandat. Priamus in pu-
gnam omnes ꝓdire iussit, Hectorem retinuit, Agamem
non, Achilles, Diomedes, Aiax Locrus: vt videre Hecto
rem in pugna non esse, acriter pugnauerūt: multosq; du-
ces ex troianorum numero occidere. Hector vt audiuit
tumultum: troianosq; in bello nimis laborare: ꝓsiluit in
pugnam. Statimq; Idumeum obtruncauit, Hiphilū sau
ciauit, Leontheum occidit, Stenelei iaculo femur figit.
Achilles vt respexit multos duces eius dextera cecidisse:
animum in eum dirigebat: vt illi obuius fieret: considera

bat enĩ Achilles nisi Hectorem occideret: plures de græ-corum numero eius dextera perituros: prælium interea acre colliditur: Hector polibætem ducẽ fortissimum oc-cidit: dumq́ eum spoliare cæpit, Achilles superuenit, fit pugna maior, & clamor ab oppido, & a toto exercitu sur git. Hector Achillis femur sauciauit: Achilles dolore ac-cepto magis eum persequi cæpit: nec destitit nisi occide-ret: quo interempto Troianos ĩ fugam vertit: & maxima cæde eos vsq́ ad portas sequitur: cui tamen Mẽnon resti-tit, & inter se acriter pugnauerunt: læsi vtriq́ discessere: nox prælium dirimit. Achilles saucius de bello redit, no-ctu troiani Hectorem lamentabantur. POSTERA die Mẽnon troianos educit cõtra græcorum exercitum. Aga mẽnon exercitum consuluit: suadetq́ inducias duo℞ mẽ sium postulare, vt suos vnusq́ sepelire possit. Legati ad Priamum proficiscuntur, desideriũ prosecuti sunt, duo℞ mensium inducias accipiũt. Priamus Hectorem suorum more ante portas sepeliuit: ludosq́ funebres facit dum in duciæ sunt: Palamedes iterum non cessat de imperio con queri: Itaq́ Agamemnon seditionem excitat: & dixit se de ea re libenter laturum, vt quem vellet imperaret. PO STERO die populum ad cõtionem vocat: rogat se vnq̃ cupidum imperij fuisse: animo æquo se accipere si cui vel lent dare, sufficere sibi exercitum troiæ: Sed tamen My-cenis regnum habere: iubet dicere: si cui quid placeat. Pa lamedes prodijt: suum ingenium ostendit. Itaq́ argiui im perium ei libenter tradunt. Palamedes argiuis gratias a-

git; imperium accipit; amministrat. Achilles vituperat imperij commutationem: induciæ exeunt. Palamedes ornatus exercitum instruit: hortatur. contra idem fecit Deiphebus: pugnatur acriter a troianis: Sarpedon Licius cum suis impressionem in argiuos facit; cædit; prosternit. Obuius ei fit Tlepolemus Rhodius: sed in stando pugnandoq; male vulneratus cadit. Secundo Perses Admestæ filius prælium restituit: diuq; cum Sarpedone comminus pugnando occiditur. Sardedon quoq; vulneratus de prælio recedit. Itaq; per aliquot dies prælia fiũt: ex vtraq; parte multi ductores occiduntur: sed plures a Priamo. Troiani legatos mittunt: inducias petunt: mortuos vtrosq; sepelunt: saucios curant: fide data vltro citroq; in oppidũ; & castra argiuum commeant. Palamedes Agamemnonem: & Demophontẽ Athamantem ad Thesidas mittit: Quos legatos Agamemnoni præfecerat: vt commeatus compararent: & frumentum de Mysia a Telepho acceptum supportent. Hi subueniunt seditioni: Palamedis ꝑditionem narrant: Palamedes moleste fert: Agamemnon ait moleste non ferre sua voluntate esse factum: naues onerandas curant: Palamedes castra munit: turribus circundat. Q uęrunt troiani quare exercitum exerceant: cur murum diligenter instaurent: fossam & vallum addant: cæteraq; diligenter comparent. POSTQ VAM autem anni dies venit; quo Hector sepultus est: Priamus & Hecuba; Polixena; cæteriq; troiani ad Hectoris sepulchrũ ꝓfecti sunt: Q uib9 obui9 fuit Achilles: Polixenã cõtẽplatꝰ

figit animum; amare eam vehementer cæpit: tunc ardore compulsus: odiosam in amore vitam consumit: & fere bat ægre ademptum imperium Agamemnoni: sibiq; palamedem præpositum cogentem. Igitur phrygio fidelissimo seruo mandata dat ad Hecubam: & ab ea sibi vxorē polixenā poscit: si dederit se cum suis myrmidonibus domū rediturum: quod cum ipē fecerit: cæteros idem factu ros. Seruus proficiscitur ad Hecubam; conuenit: manda ta dixit. Hecuba respondit velle: sed si Priamo viro suo placeat: dum ipsa cum Priamo agat: seruū reuerti iubet. Agamemnon cum magno comitatu ad castra reuertitur Hecuba cum Priamo de condictione Achillis loquutur: Priamus respondit fieri non posse: non q eum indignum vel affinitate extremū estimet: sed si ei dederit; & ipse discesserit; cæteros non discessuros: & iniquū esse filiam suam hosti coniūgere. Quapropter si id fieri vellet: pax per petua fiat: exercitus discedat: fœderum iura sanciantur: si id factum sit: sibi illum libēter filiam daturū. Itaq; Achil les (vt constitutum erat) seruum ad Hecubam mittit vt sciat quod cū Priamo egerit: Hecuba Priami narrat oīa mandata seruo. Hęc ille Achilli refert. Achilles in vulgo queritē: In vni9 mulieris Helenę causā totam græciā europamq; vastatam esse: tanto tempore tot milia hominū perisse: libertatem mancipatam esse: vnde oportere fieri pacem: & exercitum reducere. Annus circumact9 est: Pa lamedes exercitum ducit: & instruit. Deiphob9 contra: Achilles iratus in prelium non prodit. Palamedes occasione ductus impressionem in Deiphæbum facit: cumq;

obtruncat:prælium acriter insurgit ab vtrisq; multa milia hominum cadunt. Palamedes in prima atie versatur: hortaturq; prælium: vt fortiter gerant cõtra eum. Sarpedon succurrit: eumq; Palamedes interfecit. Eo facto lætus in atie versatur. Cui glorianti Alexander paris sagitta collũ trãsfigit: Phryges animaduertunt: tela coniciunt: atq; ita Palamedes occiditur. Rege occiso argiui cedũt cuncti impressionem faciunt: in castra confugiũt: troiani persequũtur: castra oppugnant: naues incendunt. Achilli nunciatũ est: dissimulat: Aiax telamoni9 fortiter defendit: nox prælium dirimit. Argiui in castris Palamedis scientiam, æquitatem, clementiam, bonitatem, lamentabantur. troiani Sarpedonem: & Deiphebum deflent. Nestor qui maior natu erat: nocte ductores in concilium vocat: suadet: hortare: vt imperatorem eligant. & si eis videtur, eundẽ Agamemnonem minima cum discordia fieri posse. Item commemorat, dũ fuerat imperator: q; res prospere gestæ sint: satis fœlicem fuisse exercitum: si cui quid aliud videatur dicere suadet: omnes assentiũt: Agamemnonem summũ imperatorem præficiũt. POSTERO die troiani alacres in aciem prodeunt: Agamemnon contra exercitum educit: Prælio commisso vterq; exercitus inter se fugantur. Postq̃ maior pars diei transijt: in primis prodijt Troilus, cædit, deuastat, argiuos in castra fugat. Postera die exercitum troiani educunt. contra Agamemnon: fit magna cædes: vterq; exercitus inter se pugnant: prælium acrirer surgit: multos duces argiuorum Troilus interfecit: pugnatur continuis diebus. vij. Agamemnon inducias petit in

duos menses. Palamedem magnifico funere effert: cæterosq; duces ac milites vtrimq; sepeliendos curat. Agamēnon dum induciæ fiunt: mittit ad Achillem Vlixem Nestorem & Diomedem vt rogent eum in bellum prodire. Achilles mæstus: qui iam destinauerat in bellum non prodire: ob id quod promiserat Hecubæ: aut certe minus pugnaturum: eo q Polixenam valde amabat: cæpit male eos accipere: qui ad eum venerant: dicit se debere perpetuam pacem expostulare: pugnam negat. Agamemnoni renunciatur quod ab Achille actum sit: illum pertinaciter negare: Agamēnon omnes duces in cōsilium vocat: exercitum quid fieri debeat con sulit: imperat dicere; quid cuiq; uideatur. Menelaus hortatur fratrem suum: vt exercitum in pugnam produceret: nec debere terreri: si Achilles se excusauerit: Sed tamen persuasurum ei: vt in bellum prodeat: nec vereri: si noluerit: commemorare cæpit troianos non habere alium virum fortem sicut Hector fuit. Diomedes & Vlixes dicere cæpere Troilum non minus q̄ Hectorem virum fortissimum eē: diomedi & Vlixi Menelaus resistens bellum geri suadebat. Calchas ex augurio respondit: debere pugnare: q superiores troianis fient. Tempus pugnæ superuenit. Agamēnon Menelaus Diomedes Aiax exercitum ducunt contra troianos: fit magna cædes pugnatur acriter. vterq; exercitus inter se sequiunt. Troilus Menelaum sauciat: multos interfecit: cæteros paulatim persequitur. nox prælium dirimit. POSTERA DIE Troilus cum Alexandro exercitum edu-

cit. Cōtra oēs argiui ꝓdeūt: acriter pugnatʼ. Troilus Diomedē sautiat: in Agamēnonē impſſionē facit: & ipm̄ sauciat: argiuos cædit: per aliquot dies pugnatur acriter: multa milia hominum ex vtraqꝫ parte trucidantur. Agamemnon vt vidit maiorem partem exercitus se quotidie amittere: neqꝫ sufficere posse: petit inducias sex menses. Priamus concilium cogit: indicat argiuorum desideria ꝗ troiani renuunt debere dari tam longo tempore inducias. sed potius impressionem fieri: naues incendi. Priamus quid cuiqꝫ videatur dicere imperat: omnibus placitum est: debere fieri quod argiui postulant. Priamus inducias dedit. Agamemnon honorifice suos sepeliendos curat. Diomedem ꝗ Menelaum sauciatos curat. Troiani suos æque sepeliunt. Dum induciæ sunt: ex consilij sententia Agamemnon ad Achillem proficiscitur: vt eum ad pugnam persuaderet: Achilles tristis rogare cæpit se non proditurum: sed pacem peti oportere ꝗ conqueri cæpit quod Agamemnoni nihil negare possit: tamen qum tempus pugnæ superuenisset: se milites suos missurum: ipsum excusatum haberet. Agamemnon ei gratias egit. Tempus pugnæ superuenit. troiani exercitum educunt. Contra argiui prodeunt. Achilles primo myrmidones instruit: ad Agamemnonem paratos mittit: fit pugna maior ꝗ acriter sæuitur. Troilus enim in prima atie argiuos cædit. Myrmidones vero fugat: impressionem vsqꝫ ad castra facit: multos occidit: plurimos sauciat. Aiax telamonius obstitit. Troiani victores

in oppidum reuertunrur. POSTERA die Agamemnon exercitum educit: omnes duces, & myrmidones prodeunt. Contra Troilus in atiem lętus exiuit. Pręlio commisso vterq₃ exercitus inter se dimicat: acriter pugnatur: multa milia hominum ex vtraq₃ parte cadunt. Troilus myrmidones persequitur, sternit, fugat. Agamemnō vt vidit ex suis partib9 multos occisos: inducias indies. xxx. petit: vt suos fuuerare possit. Priam9 īducias dedit: suosq₃ sępeliendos curat. Tempus pugnę superuenit. Troiani exercitum educunt. Contra Agamemnon omnes duces in pugnam coegit. Prælio cōmisso fit magna cędes: acriter pugnatur. Postq̄ primum tempus diei transijt: prodit in primo Troilus cędit, prosternit. Argiui fugam cum clamore fecerunt. Achilles vt animaduertit Troilum iracunde sęuire: & argiuis insultare: simulq₃ sine intermissione myrmidones prosternere: procedit in bellum: quem Troilus continuo excepit & sauciat. Achilles de pręlio saucius redit: pugnatur continuis dieb9. vj. die septimo dum vterq₃ exercitus pręlio facto inter se fugātur. Achilles qui aliquibus diebus vexatus in pugnam non prodierat: myrmidones instruit, hortatur, alloquitur, vt fortiter impressionē in Troilum faciant. Postq̄ pars diei transit: prodijt Troilus ex equo lætus. Argiui maximum clamorem faciunt, myrmidones superuenere impressionem in Troilum faciunt: de quorum numero multi a Troilo occidūtur. Dum acriter pugnatur equus Troili vulneratus corruit: Troilum implicitum excutit: Tum cito Achilles adueniens eū occidit: & de ipso pręlio eum trahere cæpit: q̄ Achilles in

teruentu Memnonis complere non potuit: adueniens enī Memnon & troili corpus eripuit: & Achillem vulnere sauciauit. Achilles de prelio saucius redit. Memnon inseq eū cæpit cum multis: quem Achilles vt respexit substitit: curato vulnere: & aliquamdiu preliar9 Memnonem multis plagis occidit: & ipse vulneratus ab eo ex prelio recessit. Postq̄ ductor persarum occisus est: reliqui in oppidum cō fugere: prelium nox dirimit. Clausis portis postera die a Priamo legati ad Agamemnonem missi sunt: qui dierum xx. inducias peterent: quod Agamemnon concessit. Priamus igitur Troilum Memnonemq; magnifico funere effert: ceterosq; milites vtriq; sepeliendos curant. HECVBA mœsta q̄ duo filij eius fortissimi Hector & Troilus ab Achille interfecti essent: consilium muliebre temerarium inijt ad vlciscendum dolorem. Alexandrum filiū accersit: hortat᷑ vt se & suos fratres vindicaret: īsidias Achilli faceret: & eum nec opinantem occidat: quoniam ad se miserit: & rogauerit: vt sibi polixenam daret in matrimonium | se ad eum missurā Priami verbis: vt pacem fedusq; inter se confirment: constituunt ī fano Apollinis timbrei quod est ante portam | eo Achilli venienti collocuturoq; insidias collocari: sibi satis visum esse si eū occiderit: quod tentaturum se Alexander promisit. Noctu eliguntur de exercitu fortissimi: & in fanum Apollinis collocantur: signum accipiunt: Hecuba ad Achillem sicuti condixerat nuncium mittit: Achilles lætus Polixenam amans postera die ad fanum se constituit venturum. Interea Achilles consequenti die cum Antilocho filio Nestoris ad consti-

tutum venit: simulq; fanum Apollinis ingrediebatur: vndiq; insidias fieri paris hortarur tæla conijciunt. Achilles cum Antilocho brachio sinistro chlamyde inuoluto enses exerere: exinde Achilles multos occidit: Alexãder Antilochum interemit: ipsumq; Achillem multis plagis confodit. Ita animam ex insidijs nec quicq̃ fortiter faciẽs amisit: quem Alexander feris & volucribus proijci iubet: hęc ne faciat Helenus rogat: & suis tradi: quorum corpora accepta argiui in castra tulere. Agamemnon eos occisos magnifico funere effert: Achilliq; sepulchrum vt fieri liceret a Priamo inducias petit: ibiq; ludos funebres facit. Deinde concilio prouocat argiuos alloquitur: vt ea quę Achillis essent: Aiaci propinquo eius cõmendarent. Tunc Aiax ait: qum filius Neoptolemus ei supersit: neminem ęquius habere q̃ eum: oportet ad pugnam accersiri: eiq; vniuersa quę patris erant restirui consilio inde placuit vt detur negocium Menelao qui Scyrum proficiscitur ad Lycomedem auum eius: imperat vt nepotem suum mittat. Quod Lycomedes argiuis libenter concessit. Postq̃ inducię trãsactę sunt. Agamemnon exercitum eduxit: instruit: hortatur. Contra troiani ex vrbe prodeunt: prælium committitur. In prima atie Aiax nudus versatur clamore magno orto. Multi ex vtraq; parte cadunt: Alexander arcum tetendit: Multos interficit: Aiacis latus nudum transfixit. Aiax saucius Alexandrum persequitur: nec destitit: nisi eum occideret. Aiax fessus vulnere in castra refertur. Sagitta exempta moritur: Alexandri corpus ad vrbem portatur. Diomedes virili animo impressionem in hostes facit phry-

ges fessi ad portas confugiunt: quos Diomedes vsq; in vrbem persequitur. Agamemnō exercitum circa oppidum duxit; & tota nocte circa murum sedit: alterna vice vigilias agit: postera die Priamus Alexandrum magnifico funere effert quem magno vlulatu Helena ꝓsecuta est: quoniam ab eo honorifice tractata sit: quam Priamus & Hecuba vt filiam aspexere: & diligenter curauere: quo nunq̄ troiam despexisset; nec argiuos desiderasset. POSTERA die Agamemnon exercitum cæpit ante portas instruere: & dardanos ad prælium prouocare. Priamus contra iussit vrbem munire; & inter subsistere vsq; dum Pentesilea cum amazonibus superueniret. Pentesilea postea superuenit: exercitum contra Agamemnonem eduxit: fit prælium ingens per aliquot dies: diu pugnatur: argiui fugantur in castra opprimuntur: cui vix Diomedes obstitit: alioquin naues incendisset argiuorum: & vniuersum prælium deuastasset. prælio direpto Agamemnon in castris se continuit: Pentesilea vero quotidie prodit; deuastat; argiuos in bellum prouocans. Agamemnon ex consilio castra muniuit: & in bellum non prodiuit: vsq; dum Menelaus veniret: Menelaus a Scyro venit: arma Achillis Neoptolemo filio eius tradit: quæ qum accepisset in argiuorum castris vehementer circa patris tumulum lamentatus est: Pentesilea ex more prælium instruxit: & vsq; argiuorum castta processit. Neoptolemus myrmidonum princeps contra atiem duxit. Agamemnon exercitum instruit pariter cōcurrūt. Neoptolemus stragem fecit: occurrit Pētesilea: & fortiter in p̄lio versatᷣ: vtriq; p aliquot dies acritᷣ

pugnauerunt: multos vtrinque occiderunt: Pentesilea Neoptolemum sauciat: ille dolore accepto, amazonum ductricem Pentesileam obtruncat, eo facto, totum exercitum troianorum in vrbem fugere fecit. Statim argiui cum omni exercitu murum circundant: ita vt foras troiani exire non possent. HOC postquam troiani videre: Antenor Polidamas Aeneas ad Priamum veniunt, agunt cum eo, & consilium querunt: vt deliberet: quod de fortunis futurum sit. Priamus concilium conuocat: quid postularent, iubet eos dicere, & quid desiderent. Antenor memorat principes defensoresque troie ceterosque natos eius cum aduenis ductoribus interfectos: argiuorum principes remanere fortissimos, Agamemnonem, Menelaum, Neoptolemum, non minus fortissimum quam pater eius fuit. Diomedem, Aiacem, Locrium: ceterosque complures summe prudentie: Nestorem Vlyxem. contra Troianos clausos & obsessos & poene contritos: suadet potius esse: vt Helena his reddatur & ea quae Alexander cum socijs attulerat: & pax fiat. postquam multis verbis de pace concilianda satis fecerunt: surgit Amphimachus filius Priami adolescens fortissimus: malis verbis Antenorem adortus est: eosque qui consenserant: improperare eis facta eorum: suadere potius ducendum exercitum, & irruptionem in castra faciendum, vsque dum vincant, aut victi pro patria occumbant. Postquam finem fecit, exurgit Aeneas lenibus mitibusque verbis Amphimacho repugnat, ab argiuis pacem petendam magnopere persuadet. Postquam dicendi finis factus est Priamus magno animo surrexit: ingerit multa mala Antenori & Aenee eos belli appetendi du

ctores fuisse: vt legati in grçciam mitterentur: qum ipse quoq; Antenor legatus redierit: & renũciauerit se contu-meliose tractatum esse: & ipse bellum suaserit. Deinde Aeneã qui cum Alexandro / Helenam & prçdam de argiuis non modicam extraxit: quapropter certũ sibi esse pacem non fieri: statimq; imperauit / vt hi oẽs parati essent: vt qum signũ daret portis irruptionem facerent: aut vincere morive sibi certum esse. Hçc postq̃ locutus est / concilium dimisit. Amphimachum secum duxit: dixitq; ei vereri se ab his / qui pacem suadebãt: ne oppidum prodant: eosq; habere multos de plæbe qui vna sentirẽt / opus esse eos interfici: Quod si hoc factum fuerit: se esse patriam defensurũ: argiuosq; superaturum: simulq; rogat: vt sibi fidelis & audiẽs paratusq; cũ armatura esset: vt sine suspitione fieri possit: simulq; suasit Amphimachus ad cçnam eos vocari diuinamq; rem facturum & ita insidijs circumuẽturum. Amphimachus ita se facturum promisit: & ab eo discessit. EODEM die conueniunt Antenor Polidamas Vcalegon. Amphidamas Dolon / dicunt se mirari regis pertinaciã: qum patriã & comites perire malit q̃ pacẽ facere. Antenor ait se inuenisse: q̃ sibi & illis in commune ꝓspiciat / si sibi fides seruaret. Omnes ei fidẽ obstringũt. Antenor vt vidit se obstrictum mittit ad Aeneã: dicẽs patriã esse ꝑdendã: & sibi suisq; cauendũ esse: ad Agamemnonẽ de his rebꝰ aliquẽ esse mittendũ: q id sine suspitiõe curet maturãdũ esse: animaduertisse Priamũ iratũ (quia ei pacẽ suaserit) de cõsilio surrexisse: & vereri ne qd noui cõsilij ineat. Itaq; oẽs ꝓmittunt: statimq; polidamãtẽ

(qui ex his minime inuidiosus erat) ad Agamemnonem clam mittunt. Polidamas in castra argiuorum peruenit. Agamemnonem conuenit: dixitq; ea quæ suis placerent: Agamemnon clam nocte omnes in concilium conuocat: & refert ea quæ audiuit, quid cuiq; videatur, dicere iubet. Inde omnibus placitum est, vt fides proditoribus seruaretur. Vlixes & Nestor vereri se dixere. hanc rem subire. Neoptolemus hos refutat, inrer se certant: placitum est signum A Polidamante exigi: & idipsum per Sinonem ad Aeneam & Anchisem & Antenorem mitti: Sinon ad troiam proficiscitur: & quia nondum claues portæ Amphimachus custodib9 tradiderat: Signo dato Sinon vocem Aeneæ: & Anchisæ: & Antenoris audiendo confirmatur, Agamemnoni renunciat: Tunc placitum est omnibus fidem dari, fœdere firmari, iureiurãdo stringi: eo pacto vt si oppidum proxima nocte tradidissét: Antenori, Aeneæ Vcalegoni: Polidamanti, Doloni, nec non liberis, coniugibus, propinquis, amicis, suisq; omnibus fides seruaretur: & sua causa omnia sibi liceat habere. PACTO confirmato iureiurando adstricto suadet Polidamas noctu exercitum ad portam Sceam adducant: vbi extrinsecus caput equi sculptum est: ibi prȩsidia habere: noctu Antenorem, & Anchisem exercitui argiuorum portam reseruaturos: eisq; lumen prolaturos: id signum eruptionis fore dicunt qui ibi presto forent q ad regẽ eos ducant: postq̃ pacta data sunt Polidamas in oppidum rediit: rem peractã denũciat: dicit Antenori & Aeneȩ cȩterisq; qui b9 placitũ erat: vt suos oẽs adducãt: & noctu Sceam portã ape

triãt:lumẽ oſtendãt:exercitum inducãt: Antenor & Aene
as noctu ad portã preſto fuere| Neoptolemũ ſuſceperũt:
exercitui portã reſerauere: lumẽ oſtendere: fugam pręſi-
dio ſibi ſuiſq; oĩbus pręuidere. Neoptolemus pręſidium
dat. Antenor eum in regiã duxit: vbi troianis poſitũ pręſi
diũ erat. Priamũ perſequit᷑: quem ante aram Iouis hercei
obtrũcat: Hecuba dum fugit cũ Polixena Aeneas occur-
rit: Polixena ei ſe tradidit: quã Aeneas ad patrem Anchi-
ſem abſcondit: Andromacha| & Caſſandra in ędem Mi-
nerue ſe occultãt tota nocte nõ ceſſant argiui deuaſtare:
prędamq; facere. Poſtq̃ dies illuxit: Agamemnon omnes
duces in arcẽ conuocat: dijs gratias egit: exercitũ collau-
dat: omnẽq; prędã iubet in medio reponendã: quã omni
exercitui æque partitus eſt: ſimulq; exercitũ conſulit: an
placeat Antenori & Aeneę: qui patriã prodidere: fidẽ ſer
uari: exercitus oĩs conclamat placere ſibi| cõuocatiſq; oĩ-
bus: vniuerſa quę erant reddiderunt. Antenor rogat Aga
memnonem| vt ſibi loq liceret. Agamẽnon dicere iubet:
mox vt loqui cępit: primo omnibus grais iuuenibus gra-
tias egit: ſimulq; cõmemorat Helenum| & Caſſandrã pa
cem ſemper patri ſua ſiſſe: Achillemq; ſuaſu Heleni ſepul
turę conditũ fuiſſe. Agamẽnon ex conſilij ſentẽtia Hele-
no| & Caſſandrę libertatem reddidit: Helenus Agamem
nonẽ pro Hecuba| & Andromacha deprecat᷑: cõmemo-
ratq; ſemp ab his eſſe dilectũ| etiã his ex conſilij ſentẽtia
libertas conceſſa eſt. Interea prędam omni exercitui diui
ſit: dijs gratias egit: hoſtias imolauit: & q̃nto die ſtatuit
iter ꝑgere: vt aũt dies ꝓfectionis aduenit: tẽpeſtates ma-

gnæ exortæ sunt, & per aliquot dies remansere. Chalcas respōdit inferis satisfactum non esse: Neoptolemo in mētem venit: polixenam (cuius causa pater eius perierat) in regia non esse inuentam. Agamemnon poscit conqueritur: exercitum accusat: Antenorem accersiri iubet: imperat, vt diligenter eam inquireret, inuentamq; ad se adduceret. Mox Antenor veniens ad Aeneam, & Polixenā ab eo absconsam suscipiens ad Agamemnonem eam duxit: Agamemnon Polixenam Neoptolemo dedit: quam accipiens ad tumulum patris iugulauit: tunc Agamemnō iratus Aeneę q Polixenam absconderat, cum omnibus suis a patria protinus discedere iubet: Aeneas cum suis proficiscitur. Antenori terrā tradidit. Agamēnon profectus est de vrbe victoria sibi concessa. Helena post aliquot dies mœsta magis q̃ ante domum reportat cum suo Menelao. Helenus cum Cassandra sorore: & Andromacha Hectoris fratris vxore, & Hecuba matre Cheronēson petit. HACTENVS Dares phrygius quæ gesta sunt litteris mandauit: nam ipse ibidem cum Antenoris factione remansit. Pugnatum est annis .x. mensibus .vj. diebus .xij. Ad Troiam corruere ex argiuis sicut Dares scribendo tradidit. D.ccc.lxxxvj. milia. Ex troianis vsq; ad oppidum p ditum. D.c.lxxvj. milia. Aeneas nauibus profectus est in quibus Alexander in græciam ierat numero .xxij. quem omnis ætas secuta est hominū in milibus tribus, & .cccc. Antenorem secuti sunt duo milia & quingenti. Helenum & Andromacham, mille ducenti. Hucusq; Daretis historia perscripta est. QVI troianorum græcorum principes

occidere, denotantur. Hector: Protesilaum: Patroclum: Merionem: Boetem: Archilocum: Protenorem: Delpenorem: Dorium: Polixenum: Phi[illegible]ipum: Xantippum: Leonteum: Polibætem: Carpedontem: Lepodemon: Luforem: Epistrophum & Schedium: Maimentum: Palamonem: Aeneas Amphimacum: Nireum: Alexander: Palamedem: Antilochum: Aiacem: Aiax Thelamonius: & Alexander mutuis vulneribus se occidere: Qui etiam græcorum troianorum duces occidere Litteris subter notãtur. Achilles Euphemium: Hippotum: Plebeum: Asterium: Liconium: Euforbiũ: Hectorem: Memnonem: Neoptolemus: Pentesileam: Priamum: ad tumulum patris Polixenam iugulauit: Diomedes: Xandippum: Mesteum: Epistropum: Orcomeneũ: Assaricus genuit Capin: Capis Anchisem: Anchises Aeneam: Aeneas Ascanium.

Franciscus Faragonius ad lectorem.

Iam sunt plena malis hęc tempora nostra nefandis:
 Iam placet heu cunctis nocte dieq; scelus.
Ferrea sanguineo sæuit discordia mundo:
 Pax abiit, nusq̃ cernitur alma fides.
Ambitione truci, miseraq; cupidine rerum,
 Labitur humanum tartara ad ima genus.
Fœda gomorræo iam putent sæcla veneno,
 Hoc omnis vitio ducitur ordo virum.
Credimus en sacros verum cecinisse prophetas,
 Bellis, igne, fame, sulphure, cuncta ruent.

Finit historia antiquissima Dictys Cretensis atq; Daretis Phrygij de bello Troianorum ac Græcorum: in nobili vrbe Messanæ cū eximia diligentia impressa per Guilielmum Schonberger de Franckfordia Alamanum tertiodecimo calendas Iunij.M.cccc.xcviij.

Registrum cartarum.

a b c d e f sunt quaterni: g h terni i est quaternus k vero sexternus.

a–f^8, g–h^6, i^8, k^{12} = 79 ff
(lacks final blank f)
JL 12/89

